




DGCL  
A

Rg G-5

7-125901

CB 1157559



2060

# DOCTRINA

ET EIVS ADDITIS ET NEPOTIS  
DIDACI GOMEE CORNELII  
AD LEGEM JULIAM  
INNOVATAM  
ET COMPENDIUM RE  
CONTRAHIT CONCORDANT. RE  
IN GRATIAM

CHRISTOPHER JUVENIS  
DISPOSITUM  
JOANNI PERPETUO  
LONDINI

REXIONA PLANTIN

DE THEOLOGICA PETRI MAGNI  
REXIONA PLANTIN





R.95438-

# DOCTRINA

DOCT. ANTONII GOMEZ,

ET EJUS ADDENTIS, ET NEPOTIS

DIDACI GOMEZ CORNEJO,

AD LEGES TAURI

ENUCLEATA,

ET IN COMPENDIUM REDACTA,

CUM LEGIB. CONCORDANT. RECOPI.

IN GRATIAM

JURISPER. JUVENT.

DISPOSUIT

LIC. D. JOANN. PEREZ VILLAMIL,

*Matritensis Collegii Advocatus.*



SUPERIORI PERMISSU.

---


EX TYPOGRAPHIA PETRI MARIN.

Anno MDCCLXXVI.

DOCTRINA

DOCT. ANTONII GOMEZ

ET FILII ADVENTIS ET NEPOTIS



Quidquid praecipies esto brevis , ut cito dicta

percipiant animi dociles , teneantque fideles.

HORAT. *Art. poet.* v. 335.

CUM LEGIB. CONCORDANT. RECOPII.

IN GRATIAM

JURISPER. JUVENIT.

DISPOSUIT

LIC. D. JOHANN. PEREZ WILLAMIT.  
Marticensis Collegii Advocatus.



SUPERIORI PERMISSU

EX TYPOGRAPHIA PETRI MARIN.  
ANNO MDCCCLXXVI



# PROLOGUS.

**E**A est his temporibus, quae in nuntiis publicis continuo apparet, Scriptorum abundantia, ut merito dixerit quidam nostrae aetatis omni litterarum humaniorum genere cultu perpolitus, male fortunatam eam esse matrem quae non pariat auctorem filium. Sane, singulis hebdomadis plus hac tempestate exaratur, quam singulis olim annis; adeo ut hodie vix septem sapientum doctrina sufficiat, ut quis *Eruditus* evadat.

Et ego quidem jam antea certus Publico me committere, etsi ejus subtristis indoles mihi cognita fuerit, operam in primis adhibui ut tale argumentum eligerem cum quo non colluctarer, & quo utilitati juvenum inservirem. Et quum noster animus jam doctis scribere nusquam fuerit, solum enim adhuc discendi gloria in obsequio nobis relicta est; hanc feci summam cogitationum mearum, ut *Compendium* ordinarem *Commentariorum*, quos ad *Leges Tauri* plena manu exaravit ce-



lebris Magister *Antonius Gomez.*

Jam pridem observaveram , quae praejudicia vocantur *opinionis* , & *auctoritatis* scientiarum omnium progressum plurimum prorrogare. Idem animadverteram , novitatis favorem , quantumvis ipse superiorum obscuraret facile gratiam ,

*Est enim cunctarum novitas gratissima rerum*

nondum potuisse radices convellere ( ut ita dixerim ) praeceptorum quorundam , quae solum nobis antiquitatis ratio commendata fecit.

Non dubitamus hujus mali fontem , & originem *ignaviae* adscribere , quae & alias hominum actiones , non jam solum scientias , in inferiorem gradum detrudit. Cum rudimenta discimus cujusvis facultatis , facile aut Praeceptoribus nostris , aut ipsi nos in plures errores labimur , quos nunquam etiam provectioni aetate deponimus : & quidem non alia ratione , nisi ob illam quam diximus , *ignaviae* , & *desidiae* quae omnino nos ab eorum examine revocat , nec patitur ut a nobis ad calculum postea vocentur. Hinc adeo personales fiunt , ut nec servitutes ipsae adhaereant ossibus

bus magis. Optimum in hac re *Franc. de Verulamio* consilium (a) „ Licet oportet dis-  
centem credere , (*inquit ille vir jure mag-*  
*nus*) oportet etiam jam edoctum judicio  
suo uti: discipuli enim debent Magistris tem-  
porariam solum fidem, judicii que suspen-  
sionem, donec penitus imbiberint artes;  
non autem plenam libertatis ejurationem  
perpetuamque ingenii servitutem::: Mag-  
nis Auctoribus suis sic constet honos, ut  
auctori auctorum, & veritatis parenti tem-  
pori, non derogetur.

Similiter, quum Auctoris cujusvis opus  
plurimis constans voluminibus in nostras ma-  
nus, aut conspectum incidit; vix est in po-  
testate nostra, quim conturbemur, & tot,  
tantosque Libros scribentem increpemus.  
Nec ab hac *ignaviae* censura liberantur, quan-  
tumvis omni alia facile superiores, illi quos  
tanquam Jurisprudentiae nostrae athletas jure  
veneramur. Nemo est, qui non velit ipsos  
adeo contractos, & enucleatos, ut solo diei  
unius spatio integros scrutari possit, & *sub-*  
tan-

---

(a) *De Augm. scient. libr. I.*

*tantiae* quam vulgo dicimus , hoc tempore  
eruditum ire. Et ut paucis rem conficiamus,  
sine labore & studio sapientes esse volumus,  
& famam illam , quae viros insignes toto Or-  
be prosequitur , illotis manibus comparare.  
Haec est *desidis* conditio , in quem ita scrip-  
sit noster *Alciatus* (b)

Quisquis *iners* abeat , nam inchoenice  
figere sedem

Nos prohibent Samii dogmata sancta  
senis.

Surge , igitur , duroque manus assuesce  
labori;

Det tibi dimensos crastina ut hora  
cibos.

Quae quum ita sint , & Commentarii quos  
enucleavimus ut nimis longi à Tyronibus pa-  
sim subnotentur , me operae pretium factu-  
rum fuisse existimavi , si ipsos juventuti ve-  
luti in nucleo exhiberem. Et ut verum dica-  
mus , etsi ipsi omnem fere Jurisprudentiam  
complectantur , & tan docte constructi sint,  
ut

---

(b) *Emblem. LXXXI.*

ut merito, virum pietate, & litteris praece-  
llemem Auctorem fama publicaverit; tamen,  
si in tantum Magistrum dicere licet, vel nos-  
trum potius saeculum increpare, ejus lectio-  
nem ipsa abundantia fastidiosam fecit. Hanc  
styli rationem, quae omnium fere Hispanorum  
superiori saeculo scribentium suffragia tulit,  
jam Auctores exteri subnotarunt (c), quam-  
vis ipsius saeculi infelicitati potius adscri-  
bere potuissent: cui recte *Hugo Grotius* (d)  
tribuit illam, quam facile barbariem dixerim,  
Glossarum, quas *Bartolus*, *Baldus*, & reliqui  
Philosophiae nostrae protoplasty adgressi  
fuerunt.

Ergo jam ad id constituti, curavimus ip-  
sas Auctoris nostri sententias ea concissione  
tradere, quae nec vix ejus stylum alteraret,  
nec nos coegerit, ut ejus doctrinae praetermi-  
teremus aliquid, quod fuerit notatu dignum.  
Non dubitamus, methodum Mathematicam,  
qua usi sunt feliciter Neoterici, & qui pro-  
prius loquuntur Scriptores, omnibus ipsam  
aliis potiolem esse (e), quum sic ad fontes  
suos,

---

(c) Card. de Luca de *Dote*, disc. CXI. m. 2. & 3.

(d) De *Jur. Bell. & Pac.* §. 53. *Prolegom.*

(e) *Id.* comprobat Jo. Heinecc. *Praefat. ad Pandect.*

suos, & principia Jurisprudencia reducatur; sed quia id esset Auctorem nostrum commovere, ejusque optimam doctrinam invertere; jure poenam deprecabitur, qui ne faceret praetermissit. Hac eadem ratione nec contra aliquas ipsius opiniones scripsimus, licet simus certis eas fuisse castigaturum, si in posteriora tempora eum servassent fata. Id unum addimus, *Leges Recopilationis* quae *Taurinis* consonant; vel potius locos indicamus, quibus in nova Recopilatione jacent; & hunc sane laborem jam paratum nobis fere reliquit *Didacus Gomez Cornejo*, cujus ad avi sui Commentarios appendicem, & Compendio nostro, promiscue tamen, inserere optimum judicabimus.

In summa, Lector benvole, *ignaviae* tuae hoc opere consultum volui. Fateor etiam raro prolixitatem prodesse: ea siquidem tardiores, & hebetiores non juvat; subtilibus autem & ingeniosis molesta est. Munus est etiam colligendi quodammodo servile, una solum nobilitatur industria cum nihil deficiat eorum quae colligenda sunt. Sed an id assequimur? Utinam: actum est. VALE.



## DOCTRINA

D. ANTON. GOMEZ,

ET EJUS ADDENT. ET NEPOT.

DID. GOMEZ CORNEJO,

AD LEG. TAUR. ENUCLEATA,

ET IN COMP. REDACT. CUM CONCORD.

RECOPI. IN GRAT. JURISP. JUVENT.

LEX I. TAURI.

III. TIT. I. LIBR. II. RECOPI.

LET PRIMERA.

**R**imeramente : Por quanto el Señor Rey Don Alfonso en la Villa de Alcalá de Henares, Era de 1386. años, hizo una Ley cerca del orden que se havia de tener en la determinacion, y decision de los Pleytos, è Causas : el tenor de la qual es este que se sigue ::.

Nuestra intencion, è voluntad es, que los nuestros Naturales, è Moradores de los nuestros Reynos sean mantenidos en paz, y en justicia : è como para esto sea menester



dar Leyes ciertas por do se librasen los pleytos, y las contiendas que acaescen entre ellos; è maguer, que en la nuestra Corte usan del Fuero de las Leyes, è algunas Villas del nuestro Señorío lo han por Fuero, y otras Ciudades, è Villas han otros Fueros de Partidos, por los quales se pueden librar algunos de los Pleytos: Pero porque muchas son las contiendas, y los pleytos, que entre los homes acaescen, è se mueven de cada dia, que no se pueden librar por los Fueros: Por ende, queriendo poner remedio conveniente à esto, establecemos, y mandamos, que los dichos Fueros sean guardados en aquellas cosas que se usaron, salvo en aquello que Nos halláremos que se deben emendar, y mejorar, y en lo al que son contra Dios, y contra razon, y contra las Leyes, que en este nuestro Libro se contienen. Por las quales Leyes de este nuestro Libro mandamos, que se libren primeramente todos los Pleytos civiles, y criminales. Y los pleytos, y las contiendas, que no se pudieren librar por las Leyes de este nuestro Libro, y por los dichos Fueros, mandamos, que se libren por las Leyes de las siete Partidas, que el Rey D. Alfonso nuestro Visabuelo mandó ordenar; como quier que fasta aqui no se halla que fuesen publicadas por mandado del Rey, ni fuesen habidas, ni recibidas por leyes: Pero Nos mandamoslas requerir, è concertar, è emendar en algunas cosas que cumpliera; y asi concertadas, y emendadas, porque fueron sacadas, è tomadas de los dichos de los Santos Padres, è de los dichos, y Derechos, è dichos de muchos Sabios antiguos, è de fueros, y costumbres antiguas de España, damoslas por nuestras Leyes. E porque sean ciertas, y no hayan razon de tirar, y emendar en ellas cada uno lo que quisiere; mandamos facer de ellas dos Libros, uno sellado con nuestro Sello de oro, y otro sellado con nuestro Sello de Plomo, para tener en nuestra Camara, para en lo que

que hubiere duda , que lo concertedes con ellas : y tenemos por bien , que sean guardadas , y valederas de aqui adelante , en los Pleytos , y en los juicios , y en todas las otras cosas que en ellas se contienen , en aquello que no fueren contrarias à las Leyes de este nuestro Libro , y à los Fueros sobredichos. Y porque los Hijos-dalgo de nuestros Reynos han en algunas Comarcas Fuero de alvedrio , y otros Fueros , porque se juzgan ellos , y sus vasallos : Tenemos por bien que les sean guardados sus Fueros à ellos , y à sus vasallos , segun que lo han de fuero , y les fueron guardados hasta aqui. Otrosi , en becho de los Rieptos , sea guardado aquel uso , y aquella costumbre que fue usada , y guardada en el tiempo de los otros Reyes , y en el nuestro. Otrosi , tenemos por bien , que sea guardado el Ordenamiento que Nos agora fecimos en estas Cortes para los Hijos-dalgo , el qual mandamos poner en fin de este nuestro Libro. Y porque al Rey pertenece , y ha poder de facer Fueros , y Leyes ; y de las interpretar , y declarar , y emendar , donde viere que cumple : Tenemos por bien , que si en los dichos Fueros , ò en los Libros de las Partidas sobredichas , ò en este nuestro Libro , ò en algunas Leyes de las que en él se contienen , fuere menester declaracion , è interpretacion , ò emendar , añadir , ò tirar , ò mudar , que lo hagamos por Nos. E si alguna contrariedad paresciere en las Leyes sobredichas entre sí mismas , ò en los Fueros , ò en qualquier de ellos ; ò alguna duda fuere ballada en ellos , ò algun becho , porque por ellas no se pueda librar : que Nos seamos requeridos sobre ello , porque hagamos interpretacion , y declaracion , ò enmienda donde entendieremos que cumple , ò fagamos Ley nueva , la que entendieremos que cumple , sobre ello , porque la Justicia , y el derecho sea guardado. Empero bien queremos , y sufrimos que los Libros de los Derechos que los Sabios an-

*tiguos ficieron , que se lean en los Estudios generales de nuestro Señorío ; porque hay en ellos mucha sabiduria , y queremos dar lugar , que los nuestros Naturales sean sabidores , y sean por ende mas honrados.*

Y agora somos informados , que la dicha Ley no se guarda , ni egecuta enteramente , como debia : y porque nuestra intencion , y voluntad es , que la dicha Ley se guarde , y cumpla como en ella se contiene : Ordenamos , y mandamos , que todas las nuestras Justicias de estos nuestros Reynos , y Señoríos , asi de Realengos , Abadengos , como de Ordenes , y Behetrías , y otros Señoríos qualesquier , de qualquier calidad que sean ; que en la dicha ordenacion , y determinacion de los Pleytos , y Causas , guarden , y cumplan la dicha Ley en todo , y por todo , segun que en ella se contiene : y en guardandola , y cumpliendola , en la dicha ordenacion , y decision , y determinacion de los Pleytos , y Causas , asi civiles , como criminales , se guarde la Orden siguiente : Que lo que se pudiere determinar por las Leyes de los *Ordenamientos* , y *Prematicas* por Nos fechas , y por los Reyes de donde Nos venimos , y los Reyes que de Nos vinieren , en la dicha ordenacion , y decision , y determinacion , se sigan , y guarden , como en ellas se contiene : no embargante , que contra las dichas Leyes de *Ordenamientos* , y *Prematicas* , se diga , è alegue , que no son usadas , ni guardadas. Y en lo que por ellas no se pudiere determinar : Mandamos , que se guarden las Leyes de los *Fueros* , ansi del *Fuero* de las Leyes , como la de los *Fueros Municipales* , que cada Ciudad , Villa , ò Lugar tuviere , en lo que son , ò fueren usados , è guardados en los dichos Lugares , y no fueren contrarias à las dichas Leyes de *Ordenamientos* , è *Prematicas* , asi en lo que por ellas está determinado , como en lo

lo que determináremos adelante por algunas Leyes , y *Ordenamientos* , è *Premáticas* ; è los Reyes que de Nos vinieren : cá por ellas es nuestra intencion , y voluntad , que se determinen los dichos *Pleytos* , è *Causas* , no embargante los dichos *Fueros* , è uso , y guarda dellos. Y lo que por las dichas Leyes de *Ordenamientos* , y *Premáticas* , y *Fueros* no se pudiere determinar : Mandamos , que en tal caso se recurra à las Leyes de las siete *Partidas* , hechas por el Señor Rey D. *Alfonso* , nuestro Progenitor. Por las quales , en defecto de los dichos *Ordenamientos* , *Premáticas* , è *Fueros* , mandamos que se determinen los *Pleytos* , y *Causas* , así civiles , como criminales , de qualquier calidad , ò cantidad que sean , guardando lo que por ellas fuere determinado , como en ellas se contiene , aunque no sean usadas , ni guardadas ; y no por otras algunas. Y mandamos , que quando quier que alguna duda ocurriere en la interpretacion , y declaracion de las dichas Leyes de *Ordenamiento* , è *Premáticas* , è *Fueros* , ò de las *Partidas* ; que en tal caso recurran à Nos , è à los Reyes , que de nos vinieren para la interpretacion , è declaracion de ellas : porque por Nos vistas las dichas dudas , declararémos , è interpretarémos las dichas Leyes , como conviene , à servicio de Dios nuestro Señor , è al bien de nuestros subditos , y naturales , y à la buena administracion de nuestra Justicia.

Y por quanto Nos ovimos fecho en la Villa de Madrid el año que pasó de 99. ciertas Leyes , è *Ordenanzas* , las quales mandamos se guardasen en la ordenacion , y algunas en la decision de los *Pleytos* , è *Causas* , en el nuestro Consejo , è en las nuestras Audiencias ; è entre ella hecimos una Ley , è *Ordenanza* , que habla cerca de las opiniones de *Bartolo* , è *Baldo* , è *Juan Andrés* , y el *Abad* , qual de ellas se deba seguir en duda à falta de Ley : y por que



que agora somos informados , que lo que fecimos para es-  
torvar la proligidad , y muchedumbre de las opiniones de  
los Doctores , ha traido mayor daño , è inconvenientè : Por  
ende, por la presente revocamos , casamos , è anulamos,  
en quanto à esto , todo lo contenido en la dicha Ley , è  
Ordenanza por Nos fecha en la dicha Villa de Madrid : y  
mandamos , que de aqui adelante no se use de ella , ni se  
guarde , ni cumpla ; porque nuestra intencion , è voluntad  
es , que cerca de la dicha ordenacion , è determinacion de  
los Pleytos , y Causas , solamente se haga , è guarde lo con-  
tenido en la dicha Ley del Señor Rey Don *Alfonso*.

**H**AEC Lex ordinem statuit in causarum & litium de-  
cisionibus sequendam; omnium AA. opinionibus re-  
secatis quoad Legum interpretationem, & emendationem  
earum, salva tamen in Academiis ipsorum lectura.

Ergo in dubio quocumque prius per leges *Tauri* (jam  
hodie *Recopilationis*) judicabitur: post, per Leges *Ordi-*  
*namenti*, & *Pragmaticas* hujus Regni: deinde per Leges  
*Fori* quae in usu fuerint, dum non adversentur Legibus  
*Ordinamenti*, & *Pragmaticis*: & si finire adhuc non po-  
terit, per Leges VII. *Partitarum* judicabitur, & his defi-  
cientibus, jure communi Romanorum.

Legem definire possumus: Praeceptum commune  
summi Imperantis cives obligans, ut ad ejus normam suas  
componant actiones, leg. 1. tit. 1. lib. 2. *Recop.* Hæc, si  
nova sit, respicit semper futura negotia, & in foro cons-  
cientiae ligat, si non sit nutritiva peccati (auctoritate enim  
divina videtur edita), & in facto certo sit nixa. Quum  
tamen, non de re aliqua, aut interesse principali agitur,  
sed de poena a lege imposita, tunc obligat in foro cons-  
cientiae, quum fuerit sequuta condemnatio.

De essentia legis facile dicimus esse justitiam , possi-  
 bilitatem , utilitatem , generalitatem , verborum praecep-  
 tionem , & reductionem in publicam scripturam. Solus  
 qui superiore caret eam condere , & declarare potest , *leg.*  
*nostr. Tauri.*

Omni lege scripta deficiente , itur ad non scriptam ,  
*leg. 6. tit. 2. 1. Part.* & quum ista absit , ad praecepta  
 illa universalis juris naturalis , mediante ratione promul-  
 gati : post hæc , ad magis firmatam DD. opinionem , quæ  
 si deficiat , intravit à simili decisio ( non enim omnes ar-  
 ticuli legibus comprehendi possunt. ) Denique ad Principem.  
 Si nova Lex aliam referat , etsi non inveniatur relata ,  
 valet ; licet secus dicendum in instrumento , quum proce-  
 dat à persona privata.

Quaer. Lex humana potest auferre jus subditorum ?  
 Resp. Utrique si justa causa sit , ut vidimus in servo denun-  
 tiantem proditionem Principi factam , aut domino , & falsae  
 monetae fabricatorem , *leg. 3. tit. 22. 4. Part.* Per res-  
 criptum autem , nisi publica utilitas interveniat , Rex aut  
 Princeps nequit jus quaesitum subdito auferre. Unde facta  
 à Principe restitutione , bona jam alienata non restituuntur ;  
 & si ad hæc ipsam Princeps extenderit , Fiscus absdubio  
 pretium eorum restituere tenebitur. In tempus vero , &  
 rescripto jus jam quaesitum , etsi non auferri , saltem sus-  
 pendii potest , ut in *monatorio* quod dicitur accidit in gratiam  
 debitoris concessio , *leg. 4. tit. 24. 3. Part.*



## LEX II. TAURI.

## IV. TIT. I. LIBR. II. RECOP.

## LEY SEGUNDA.

„ **P**orque nuestra intencion , y voluntad es , que los  
 „ Letrados en estos nuestros Reynos sean principal-  
 „ mente instructos , è informados de las dichas Leyes de  
 „ nuestros Reynos , pues por ellas , y no por otras han de  
 „ juzgar : y à Nòs es fecha relacion , que algunos Letra-  
 „ dos Nos sirven , y otros Nos vienen à servir en algunos  
 „ cargos de Justicia , sin haver pasado , ni estudiado las  
 „ las dichas Leyes , y *Ordenamientos* , y *Prematicas* , y  
 „ *Partidas* : de lo qual resulta , que en la decision de los  
 „ Pleytos , y Causas algunas veces no se guardan , ni pla-  
 „ tican las dichas Leyes , como se deben guardar , y pla-  
 „ ticar , lo qual es contra nuestro servicio. Y porque nues-  
 „ tra intencion , y voluntad es , de mandar recoger , y  
 „ emendar los dichos *Ordenamientos* , para que se hayan de  
 „ imprimir , y cada uno se pueda aprovechar de ellos : Por  
 „ ende por la presente ordenamos , è mandamos , que  
 „ dentro de un año primero siguiente , y dende en adelan-  
 „ te , contado desde la data de estas nuestras Leyes , todos  
 „ los Letrados que hoy son , ò fueren , asi del nuestro Con-  
 „ sejo , ò Oidores de las nuestras Audiencias , y Alcaldes de  
 „ la nuestra Casa , y Corte , y Chancillerias , que tienen ,  
 „ ò tuvieren otro qualquier cargo , y administracion de  
 „ Justicia , asi en lo Realengo , como en lo Abadengo , co-  
 „ mo en las Ordenes , y Behetrias , como en otro qual-  
 „ quier Señorío de estos nuestros Reynos , no puedan usar  
 „ de

„de los dichos cargos de Justicia , ni tenerlos , sin que  
 „primeramente hayan pasado ordinariamente las dichas  
 „Leyes de Ordenamientos , y Prematicas , Partidas , y  
 „Fuero Real.

**Q**UI igitur nominetur Judex , debet hujus Regni le-  
 ges & Pragmaticas evolvere , cum per ipsas judica-  
 re teneatur : utque id consequatur , studio operam dare  
 debet per spatium X. annorum in Universitate aprobata ,  
 cum testimonio Notarii ipsius Universitatis , & insuper  
 XXVI. annos attingere debet , sub poena alias privationis  
 & inhabilitationis ad alia. Hodie tamen in Jurisperitis ju-  
 dicibus requiritur praedicta aetas , in coeteris vero qui  
 alios nomine suo designant aetas XVIII. annorum suffi-  
 cit , ita tantum *leg. 2. tit. 9. libr. 3. Recop.*

Debet etiam qui eligitur Judex probate vivere , om-  
 nisque sceleris purum existere ; non inexpertus , nec su-  
 perbus , ita ut litigatoribus Advocatisve aditum occlu-  
 dat , & in eos scandescat ; verum tamen non se ita fa-  
 cilem praebeat , ut contemptibilis reddatur , & quamvis  
 se interdum contineat , aliud ab eo quod sentit non pro-  
 ferat , *leg. 13. tit. 4. 3. Part.* Caveat ne delinquenti se-  
 curitatem offerat , ut confiteatur delictum , quum sic  
 confessio sit nulla.

Hæc cuncta ideo desiderantur , ut recta judicia sint ;  
 appellatio enim etsi , utpote de jure naturali , omnibus  
 sit permisa gravatis , vel tamen a judice cui dicta defi-  
 ciant denegatur , vel facultatum inopia non prosequitur.  
 De his qui Judices esse prohibentur vide *leg. 4. tit. 4. 10*  
*3. Part.*

Ut autem quis Advocatus creetur , requiritur ut

studuerit per quinque annos (\*); & tunc poterit salarium percipere, quum in aliqua se subscripserit causa: & sine eorum subscriptione ullus Procuratorum nequit scriptum, aut allegationem proponere, quidve aliud de solemnitate iudicii.

Ad Bacchalaureatus gradum idem quinque annorum tempus desideratur; quo tempore & amittuntur per absentiam privilegia Scholaria. (\*\*)

Licentiatus qui vult fieri per spatium unius quinquenii audere debet, etsi sufficiat major illius pars, sicut & ad Doctoris lauream.

## LEX III. TAURI.

### II. TIT. IV. LIBR. V. RECOP.

## LE TERCERA.

„**O**rdenamos, y mandamos, que la solemnidad de  
 „la Ley del *Ordenamiento* del Señor Don *Alfon-*  
 „so, que dispone cuántos testigos son menester en el  
 „Tes-

---

(\*) Etsi alias nostri Instituti ratio ut quid addamus vix patitur, tamen in praesenti id facere omnino necessarium iudicavimus. Hodie, post gradum Bacchalaureatus quatuor anni desiderantur, quibus leges Regni & praxim quam dicunt in cubiculo Advocati cujusdam, aut Academia aliqua aprobata studere oportet qui Advocatum fieri desiderat; idque testimonio certum facere oportet.

(\*\*) Imo uno solo anno, quo se in album subscribere designat Scholasticus. Nec hodie ad gradum Bacchalaureatus quinque anni, ut olim Salmantina Universitate, desiderantur; tres aut quatuor sufficiunt: quod dicunt a *Claustro pleno*, o *con tres Maestros*.

„Testamento, se entienda, y platique en el Testamento  
 „abierto, que en latin es dicho *Nuncupativo*, ora sea  
 „entre los hijos, ò descendientes legitimos, ora en-  
 „tre herederos estraños: pero en el Testamento cerra-  
 „do, que en latin se dice *in Scriptis*: Mandamos, que  
 „intervengan à lo menos siete testigos con un Escriva-  
 „no, los quales hayan de firmar encima de la Escri-  
 „ta del dicho Testamento, ellos, y el Testador, si su-  
 „pieren, ò pudieren firmar; y si no supieren, y el Tes-  
 „tador no pudiere firmar, que los unos firmen por los  
 „otros, de manera, que sean ocho firmas, y el signo  
 „del Escrivano: Y mandamos, que en el Testamento  
 „del ciego intervengan cinco testigos à lo menos, y en  
 „los Codicilos intervenga la misma solemnidad que se  
 „requiere en el Testamento nuncupativo, ò abierto, con-  
 „forme à la dicha Ley del *Ordenamiento*: los quales di-  
 „chos Testamentos, y Codicilos, si no tuvieren la di-  
 „cha solemnidad de testigos, mandamos, que no fagan  
 „fè, ni prueba en juicio, ni fuera de él.

**C**ommunis DD. sententiâ est, Testamentorum origi-  
 nem a jure gentium secundario descendere; &  
 hanc hic sequitur noster *Gomez*. Circa Legem tamen,  
 quae tota de Testamentorum materia agit, quaeres::.  
 Quae personae testari prohibentur? Resp. Prohibe-  
 tur infans, impubes, adhuc ex militari privilegio, *leg.*  
*13. tit. 1. 6. Part.* idque quamvis malitia suppleat aeta-  
 tem: tempus enim XIV. & XII. annorum perfectum de-  
 sideratur, omnibusque partibus absolutum: quim etsi ad  
 pias causas testari voluerit. Princeps tamen supplere aeta-  
 tem poterit, ut & in contractibus supplet; aetas enim

4 ad testandum legibus requisita tantum praesumption  
3 fundatur, & alia praefigi potuit.

5 Pubes autem, & curatore invito testari potest, &  
a fortiori, *mortis causa* donare, sicut & facultatem con-  
cedere executoribus suis ad rerum immobilium aliena-  
tionem. Idem dicendum de muliere conjugata, quam-  
vis sine viri licentia contrahere non possit.

6 Mentecaptus, freneticus, & furiosus intestati quo-  
que ex defectu iudicii fiunt, *leg. 13. tit. 1. 6. Part.* Si  
7 tamen iste ipsum in aliquo fecerit intervallo, validum  
judicabitur. Quum vero quo tempore disposuerit, con-  
8 trovertatur, ita decidendum: si fecit tempore a furore  
remoto, tenet, e contra si diversum ex verbis appareat.

Fatuus omni prorsus intellectu carens intestabilis  
9 est, secus si intellectum etsi non perfectum habeat, a  
paritate puberis, muti, & surdi.

De filiofamilias vide *leg. 5. infra*: & de condemnato  
10 ad mortem *leg. 4. infra* his legibus.

11 Intestabilis est etiam servus ratione status, & duran-  
12 te captivitate nequeunt captivus & obses testari. Nec  
Monachus, utpote nec dominus rerum: testamentum  
13 vero ante factum etiam professione emissa revocare po-  
terit, quum naturaliter adhuc non sit mortuus.

Prohibetur etiam testari Prodigus, bonis interdic-  
14 tus; prodigalitas enim defectum arguit iudicii: cautum  
*leg. 13. tit. 1. 6. Part.* Potest tamen inter liberos testa-  
ri, quia ratio cessat interdictionis.

Excommunicatus, quamvis ab actibus judicialibus  
15 repellatur, testari potest, nam Testamentum actus est  
extrajudicialis.

De muto, & surdo ita dicendum: quod eodem mor-  
bo



bo a nativitate laborans, testari nequit, ob incapacita- 16  
tem, idque si tantum mutus sit: si vero casu mutus &  
surdus factus fuerit, si scribere sciat, testari poterit, dum  
id manu propria faciat; si autem sit tantum surdus,  
etiam literarum imperitus testari potest, *leg. 13. dict.*  
*sit. & Part.*

Qui actu & potentia nulla bona habet, ut servus, 17  
testari nequit, secus qui acquirendi capacitatem habet;  
nam iste & filio diviti impuberi pupillariter potest sub-  
stituere, ipsique tutorem dare.

Quaeres. Si quis coepit Testamentum facere, & 18  
morte praeventus illud non consummavit, valet dispo-  
situm? Resp. Aut constat voluisse testatorem ultra pro-  
cedere, & tunc, quia alia adhuc mutare aut tollere pos- 19  
set, non valet, etsi jam facta institutio fuisset, ad pias  
causas, vel inter liberos dispositum, imo & quamvis  
clausula codicillaris posita fuisset: aut non constat, vel  
dubium est, & tunc valet. Haec intelligenda de nuncu-  
pativo testamento, nam in testamento in scriptis, quum  
eo consummato solennitates apponantur, sine dubio  
erunt.

Quaer. Si quis fecerit testamentum in alio Regno, 20  
ubi diversimode agitur, quam solennitatem adhibere  
debet? Dices: vel lex illius loci de certis loquitur &  
determinatis personis, & tunc si extra eas est, secun-  
dum eam disponere non cogitur; aut indistincte obli-  
gat, & secundum eam facere debet. Quum autem di-  
versa lingua factum est testamentum, per unum tan- 21  
tum exponi potest Interpretem.

Haec omnia procedunt in his qui Christianorum  
terris testantur: ubi autem quis inter infideles inveni-  
tur,

22 tur, sufficit si juris naturalis adhibeat solennitatem. Ad-  
vertas tamen habilitatem personae a loco originis re-  
petendam esse; nam lex non subditum non legitimat.

Paganorum testamentum dupliciter ordinatur, aut  
23 *nuncupative*, aut *in scriptis*. In isto requiruntur septem  
testes, masculi, liberi, puberes, subscripti, bonae vi-  
tae, non criminosi, nec infamati, *leg. 1. tit. 1. 6. Part.*  
& quod se testator subscribat, etsi unus ex septem fa-  
ciet si ipse nesciat. Ratio tantae solennitatis oppositae,  
24 ut videtur, juri divino est, ne inter paucos testes abs-  
condatur veritas testatore mortuo.

81. Debut esse *masculi*, quia testimonium in testa-  
25 mento dicere munus est publicum & civile, a quibus  
arcentur mulieres.

Debut esse *puberes*, quia impuberis nullum judi-  
26 cium, & quidem testamenti tempore, quum pro forma  
requiratur, licet aliud sit in contractibus, *leg. 9. tit. 1. 6.*  
3. *Part.* qua tantum etiam ut in causis criminalibus  
minor 25. annorum non admitatur ut testis, quamvis  
indicium facit.

*Liberi*, aut saltim communi opinione tales habiti:  
27 sed eorum qui pro liberis habentur, in testamento nun-  
cupativo, de quo non est publica scriptura confecta,  
28 non admituntur depositiones, si quo tempore eas fa-  
ciunt inhabiles reperiuntur, & ideo nec testamentum  
valebit. Hinc deducitur, quod Monachi cum superioris  
licentia, in testamento in scriptis tempore illius habita,  
& in nuncupativo tempore depositionis, possint esse tes-  
tes. Clerici autem Episcopi licentiam non desiderant.

Rogatio testium Regio jure nullo testamento deside-  
29 ratur, praesentia sufficit; etsi testes cum testatore subs-  
cri-

cribere debeant, & si hic nesciat, alius ex septem faciet, licet non possit subscribere unus pro omnibus.

Subscriptio testatoris & in nuncupativo testamento desideratur, quum in quolibet publico Instrumento partis subscriptio desideretur, *leg. 13. tit. 25. libr. 4. Recop.* Tabellio quoque sub poena nullitatis signare debet.

Aprobatio, vulgo *Otorgamiento*, testamenti uno fieri debet contextu, licet dispositio diversis temporibus fieri possit.

In testamento in scriptis debet etiam testator haeredis nomen scribere manu propria, aut alius pro eo si nesciat, *leg. 2. tit. 1. 6. Part.*

Author noster, publicationem in testamento in scriptis non desiderari constanter tenet, quum non nisi publica scriptura, & Tabellione confici possit, nostr. *leg. 3. & 2. tit. 4. libr. 5. Recop.* Tamem praetermittere non possumus solemnitates, quibus & ipsa fit. Primum ergo haeres, aliusve qui jus aliquod habeat, aut habere praesumat, a iudice debet petere ut testamentum publicetur, & in publicam scripturam reducatur. Imo & praeteritus, vel exhaeredatus id ipsum petere possunt, quum & sua intersit testamentum nullum dicere. Secundo, & eadem ratione, citari debent ab intestato venientes, vel citatione generica si plures & incerti sint, vel specifica, si certi sint. Tertio comparere debent testes coram iudice, a quo cogi possunt, ut subscriptiones, & signa cum juramento recognoscant, & deponant ipsam esse voluntatem quam suam fuisse testator dixit. Denique iudex ut attestations in publicam scripturam redigantur pronuntiare debet, *leg. 3. tit. 2. 6. Part.* Unde sane periculosum propter tot solemnitates testamentum in scriptis

facere , si enim aliquis testium ante publicationem , vel aliqua deficiat sollemnitas , testamentum corrumpit.

Sed his non obstantibus , si in loco ubi testator sit, nullus fuerit Tabellio , aut ille ita infirmitate oprimatur ut istum expectare non posset , valeret testamentum sine Tabellione dum sequeretur postea publicatio.

42 Debet etiam testamento inseri dies mensis , & annus quo celebratur , si scriptura publica fiat , ut in alia qualibet , leg. 4. & 54. tit. 18. 3. Part. & leg. 13. tit.

43 25. libr. 4. Recop. Si vero in privata scriptura non de-  
44 sideratur , quum ex publicatione tunc data apparebit.

45 Transeamus ergo ad testamentum *nuncupativum*,  
46 quod duobus modis ordinari potest ; aut sine Tabellio-  
47 ne vel in scriptura privata , aut cum ipso in scriptura publica. Illo modo factum requirit quinque testes vicini ejusdem loci , licet si copia non sit , tres vicini sufficiant : & hi soli sufficiant quum testamentum coram Tabellione ordinatur , leg. 1. tit. 2. libr. 5. *Ordinam.*

Testes in hoc testamento debent voluntatem testatoris ab eo audire , & testator subscribere. Licet autem non adhibeatur Tabellio , dum testes praedicti intervenerint , testamentum valebit sequuta publicatione ; quin imo & si testes vicini non sint , dum septem communi jure requisiti adhibeantur , quia est factum bonis testimoniiis , leg. 1. tit. 4. libr. 5. *Recop.*

48 Hinc deducitur , nullum jam esse rusticorum privilegium de facultate testandi cum quinque testibus , non habita eorum copia ; indistincte enim tali casu tres testes sufficiunt , leg. 1. tit. 4. libr. 5. *Recop.* Cessat etiam dubium de testamento facto cum minori sollemnitate tempore pestis ; nulla ex nunc differentia manet inter

tes-

testamentum *inter liberos & descendentes*, modo *in scriptis*, modo *nuncupative*, ac inter extraneos, *dict. leg. Ordinam. & nostr. Tauri.*

Debet etiam hujusmodi testamentum uno, eodemque fieri contextu, alias (inquit noster Auctor) non unicum, sed multiplex testamentum. (\*) Unde sequitur, quod si testator coram aliquibus testium suam voluntatem declaraverit, eamque post aliis manifestaverit, non valebit dispositio. Sequitur quoque, non posse unam partem testamenti per quosdam testes probari, aliamque per alios, non enim tunc sunt testes, sed singulares, nisi quo casu toto testamento intersint, & ob defectum memoriae aliqui tantum de aliqua parte deponant.

In testamento caeci (qui *nuncupative* tantum testatur) quinque debent intervenire testes, licet non requiratur tabellio.

Dubium est de solemnitate quae apponi debet testamento inter liberos, de quo late Gomez noster. Sed hodie (merito enim coetera praetermitimus) nulla jam est differentia inter hoc testamentum, & extraneorum, sive *nuncupativum*, sive *in scriptis* sit, nam ex eo quod *lex nostra* eos in primo aequavit, a fortiori in altero fecit; in nuncupativo enim testamento minor timor est falsitatis.

Advertendum tamen, quod, adhuc nostra lege existente, in codicillis *in scriptis* factis quinque testes requiruntur, sicut in testamento *in scriptis* in quo fuit posita clausula codicillaris, nihil enim circa haec innovavit,

C id-

---

(\*) Potius hujus solemnitatis ratio & origo a formula illa qua olim apud Romanos calatis comitiis leges condebantur repetenda est. Vide sis JO. HEIN. de Testam. ordin. §. 494. Et tu, benigne Lector, huic additioni ignoscere non dubites.



idque sive Tabellio interveniat, sive non, licet hoc casu publicatio desideretur. Testes etiam in illis subscribere debent.

- 62 Dubium est etiam de effectibus clausulae codicillaris, quae in testamento in *scriptis* cum quinque testibus facto *inter liberos* aposita intelligitur. Quos effectus  
 63 sic numeramus. Primus est, quod si testator non omnem requisitam adhibuit solemnitate, eam tamen apposuit quae codicillis in *scriptis* sufficit, valebit ut codicillus testamentum in *scriptis* dispositum. Secundus est, quod  
 64 si pater in Codicillis, aut in testamento clausulam codicillarem habente aliquem ex filiis instituat, vel alios, aequaliter, aut inaequaliter, & alios praetereat, etsi testamentum ratione praeteritionis sit nullum quum peccet  
 65 in jure naturali, tamen filii ab intestato venientes tenentur inter se dividere haereditatem secundum quotas a patre assignatas, & illas, deducta legitima, fratribus restituere praeteritis, tanquam si fideicommisso gravatus fuisset.  
 66 Hucusque de testamentis, nunc agere de Codicillis oportet. Solemnitas igitur codicillorum est haec: aut fiunt  
 67 in *scriptis*, & tunc quinque testes desiderantur sive Tabellio interveniat necne, licet illo casu non requiretur publicatio; aut *nuncupative*, & tunc tres testes cum Tabellione, aut quinque sine eo sufficient, *leg. nostr.* Sed  
 68 hoc unum, quod testes Codicillorum sufficit si sint foeminae, nam lex nostra quae praecipit eandem codicillis ac testamento adhibere solemnitate, intelligenda est non  
 69 respectu qualitatis, sed numeri (\*). Si quis autem testamen-

(\*) Didacus Gomez Cornejo contrariam hic firmat; sed non recte si naturam & ipsam originem Codicillorum spectes.

mentum in scriptis facere coepit, aliquidque ad id necessarium omisit, adhibuit tamen quod codicillis sufficit; id nec testamentum, nec codicillus erit, nisi clausulam apposisset codicillarem: quae in multorum dispositionibus apposita censetur, & ex quibusdam clausulis, veluti si testator juret se velle omnia in testamento contenta servari, aut ab haerede adimpleri: vel cum dicit quod sua valeat dispositio omni meliori modo quo possit; vel quando pater, aut mater aliquisve ex descendantibus in *scriptis* cum quinque testibus inter liberos testatur.

Et ex ista clausula codicillari plurimi quidem sequuntur effectus. I. Quod si testamentum in *scriptis* ratione solemnitatis deficiat, valebunt tamen disposita jure Codicillorum; secus si ratione institutionis, de quo intelligenda *lex 1. tit. de los Testamentos lib. 5. Ordinam.* II. Quod si Testator careat descendantibus, & ascendentibus, & aliquem extraneum universaliter heredem instituât, & testamentum in *scriptis* (haec omnia de isto intelligenda, nam in *nuncupativo*, *nostr. leg. 3.* eadem quae in Codicillis requiruntur) ratione solemnitatis deficiant; tunc ab intestato venientes, tanquam universali fideicommisso gravati, omnem (deducta quarta) haereditatem instituto restituere tenentur, ex praesumpta voluntate testatoris. III. Quod si pater praeterivit filium aut exhaeredavit, instituens extraneum; destructo testamento vel ob praeritionem, vel ob querelam, filii tenentur haereditate restituere extraneo (deducta legitima, quae totam hodie continet haereditatem praeter quintum.) Sed hoc procedit, de patre qui scienter filium exhaeredavit, & si testamento insint Codicillorum solemnitates.

Dubium est, an filius sic gravatus possit duas quar-

82 tas detrudere? Dicendum posse, ut jus Canonicum com-  
 83 probat ex *Capitibus Raynutius, & Raynaldus de Testam.*  
 84 & ratio est, quia filius nequit gravari legitima. In ascen-  
 85 dentibus tamen non idem probamus.

IV. Quod si pater testamento quosdam filios inae-  
 86 qualiter instituat, alios praetereat, aut injuste exhaere-  
 det; omnes ab intestato succedent, sed instituti melio-  
 rati censentur in eo quod ex institutione legitimam ex-  
 cedit. V. Quod si quis fecerit Codicillum, & in eo di-  
 87 rectam institutionem haeredis, talis institutio obliquabi-  
 tur, & legitimi successores, detracta quarta, reliquum  
 88 restituere debent. VI. & ultimus est, quod substitutio  
 directa Codicillis facta obliquatur, & jure fideicommissi  
 sustinetur: Unde si pater filio fecerit substitutionem di-  
 89 rectam omni tempore, clausulamque posuerit codicil-  
 larem, post tempus pubertatis obliquabitur.

Videamus de testamentorum destructione quae va-  
 riis modis contingit. I. Per rapturam scripturae, sigillo-  
 90 rum, aut cancellationem, vel interlineationem alicujus  
 partis substantialis: si autem à Notario, vel Testatore  
 salvetur raptura, aut cancellatio, omnino valebit. Sed  
 advertendum, quod raptura totum vitiat testamentum;  
 91 cancellatio tantum cancellatum, nisi casu rapturam fac-  
 tam fuisse probetur: haec ex *leg. 24. tit. 1. Part. 6.* Si  
 testator plura ejusdem tenoris testamenta fecit, & unum  
 rumpat, manet alterum firmum, nisi ruptum copia sit  
 illius quod apud Tabellionem extat, tunc enim intesta-  
 tus praesumitur voluisse mori exemplo creditoris, qui  
 debitum intelligitur remisisse, si debiti instrumentum de-  
 bitori tradat, aut rumpat.

II. Per aliud legitime factum, etsi nullus ex eo haeres extet, sufficit enim extare posse: nisi in primo testamento appositae sit clausula derogatoria cujusvis testamenti; nam isto casu secundum primum non destruit, nisi in illo sit revocatio clausulae derogatoriae in primo positae: nemo enim sibi legem dicere valet, à qua ei non liceat recedere: Haec ex *leg. 22. tit. 3. Part. 6.* Dubium est, an hoc casu requiratur specialis revocatio prioris testamenti, vel saltem generalis sufficiat? Dicendum: aut clausula derogatoria prioris testamenti generalis est, & tunc ista sufficit; aut specialis, & tunc ista desideratur, quamvis necesse non sit, ut verbis in primo positus testator utatur: & haec procedunt etsi in primo ille dixerit se illud revocare non posse. Juramentum etiam testamento insertum vim habet clausulae derogatoriae, ideo in eo, idem ac in illa dicendum.

III. Per testamentum minus solemne in scriptis cum quinque testibus factum, & in quo instituti sint omnes venientes ab intestato proximiores, primum revocatur, in quo institutus fuerit extraneus, illique ex testamento succedent, *leg. 22. vers. fin. tit. 1. Part. 6.* secus si in primo aliquis ex iis, vel unus eorum institutus fuerit; aut non omnes in secundo testamento instituuntur, licet nihil interst inaequaliter in isto sint instituti, quamvis tunc ab intestato ex disparibus partibus succedent. Ex his inferitur, quod si reperiantur duo ejusdem testatoris testamenta, quin de eorum constet prioritate, uterque haeres admitetur, si ambo extranei; sed si in uno venientes ab intestato sint instituti, istud praevalet. Inferitur etiam, quod si primo testamento pater pupillariter extraneum filio substituit, & post in alio venientes ab intest-

testato in *scriptis* cum quinque testibus instituat; revocatur substitutio, & erunt substituti ipsi venientes ab intestato. Etiam deducitur, quod si pater filium naturalem tantum instituat, & post coram quinque testibus patrem, vel matrem, aut his deficientibus, succedentes ab intestato, primum testamentum cassatur, intrabuntque legitimi.

IV. Revocatur testamentum per verbalem revocationem factam coram legitimo numero testantium (quinque puta) ex *leg. 1. tit. de los Testamentos libr. 5. Ordinam.* ab intestatoque defunctum voluisse mori praesumitur. Testamentum imperfectum ratione voluntatis, etiam in jam dispositis, nullum est: etiamsi jam fuisset facta institutio: etiam in testamento ad pias causas, inter liberos, & in quo fuerit posita clausula codicillaris: unde *lex 1. tit. 2. libr. 5. Ordinam.* qua disponitur, quod etsi non valeat testamentum, legata conserventur, & omnia eo contenta ab intestato debeantur; intelligenda de testamento nullo ratione solemnitatis. Cum autem non constat voluisse testatorem ultro procedere, valebit imperfectum testamentum.

Quaeres: Si testator fecerit *nuncupative* testamentum cum suis requisitis, & antequam ei legeretur (quod quolibet instrumento publico necessarium est, ne aliud forte quam actum est contineat, *leg. 103. in fin. tit. 18. Part. 3.*) mortuus fuisset, valebit? Resp. Aut testamentum per solam scripturam probatur, quia manu tabellionis factum; & tunc non valet, etiam inter liberos, vel ad pias causas; aut per publicationem, & testimonium depositionem, & tunc inter omnes valebit.

Quaeres: Si quis interroget testatorem coram testibus



bus rogatis, an se, vel alium ab eo nominatum haereditatem instituat, valebit dispositio in ipso, vel altero facta? Resp. Valere, cum testatori non tollatur voluntas.

Quaeres: Si testator infirmitate gravatus penitus loquelam amiserit, poterit nutu, vel signis testamentum facere? Resp. Aut in totum loquelam amisit, & non potest, nisi ad pias causas dum intellectum conservet, aut legata, vel fideicommissa relinquit: aut non in totum, & tunc, licet mutitans, poterit, salvo intellectu.

Quaeres: Si testator in extremis positus, simul ac fecerit institutionem, & legata disposuit, expiravit, praesumitur sanae mentis obiisse? Resp. Utique, nisi contrarium probetur.

Quaeres: Nutu, vel signis facta institutio convertitur in fideicommissum? Resp. Non convertitur, nisi cum aliquo interroganti an sua (*Titio v.g.*) bona relinquat, testator consentiat.

Quaeres: Si testator dubia verba in institutione posuit, dispositio valebit? Resp. Aut talia verba sunt absolute de futuro, veluti *Institutum*, aut *debere institui*, & tunc non valet, etiam in causis piis, & personis privilegiatis: aut ita verba sunt dubia, ut commodum sensum de praesenti capiant, & tunc si illa coram vocatis ad id testibus proferat, valebit dispositio; secus si aliter, adhuc in favorabilibus, nisi discrimine vitae ea proferret testator; semper enim tunc disponunt, licet testes non sint rogati. Hujusmodi distinctio in legatis quoque, & fideicommissis, adhuc universalibus, in quibus omnibus rogatio testium ex *leg. i. tit. 12. Part. 6.* non desideratur, locum habet, quoties verba dubia ipsis apposuit testator; & aequae exceptio dicta de discrimi-

mine vitae : sed cum testator juramento ipsa confirmat  
omnimodo valent.

118 Ex his inferitur, quod si quis meliorare voluerit ali-  
quem ex filiis, id coram testibus rogatis facere debet,  
sine rogatione tamen sustinetur melioratio si alias, per  
conjecturam v. g. de deliberata voluntate meliorantis  
constet. Idem in donatione, & quolibet contractu dum  
quis per verba dubia obligatur, dicendum ex *leg. 3. tit.*  
*8. lib. 2. Ordinam.*

119 Deducitur etiam, quod ille qui rem, vel personam  
eligere (facultate a legibus, vel aliunde concessa) po-  
test, non intelligitur electionem facere ex eo quod di-  
cat *hoc eligere volo*; nisi concurrat aliqua praesump-  
tio ipsum talia verba deliberate protulisse: sine qua  
etiam praesumptione non intelligitur adita, aut repu-  
diata haereditas ex eo quod, quis dicat *nolo vel volo adire.*  
In his tamen quae a duorum voluntate pendent, ut in  
emptione &c. talia dubia verba semper disponunt, &  
obligant.

120 Quaes: Si quis fecerit testamentum deficiente ali-  
qua ex supradictis solemnitate, haeres institutus retinens  
haereditatem erit securus in foro conscientiae? Resp.  
121 Non est: quia ex doctrina *D. THOMAE 2. 2. quaest.*  
*96. artic. 4.* leges humanae positivae ligant in foro  
conscientiae, dum non sint nutritivae peccati, ut *nos-*  
*tra* de testamentorum solemnitatibus, qua disponitur  
quod si aliqua ex solemnitatibus deficiat, testamenta  
122 non valeant *ni en juicio, ni fuera de él.* Atque ita isto  
casu haeredes ab intestato in conscientia haereditatem  
petere possunt, non obstante qualibet haereditatis po-  
123 sessione in haerede nominato, cum injusta sit: & licet eis

con-

contraria sit defuncti voluntas , non est legitime contraria.

Ex his sequitur , quod si quis rem habeat ab aliquo minore cum titulo, sed sine auctoritate tutoris cum illum haberet , vel absque Judicis decreto si res erat immobilis ; non est securus in foro conscientiae. Idem dicendum de eo qui rem a marito , & uxore absque juramento possidet, extra casus permissos ; vel ab uxore absque viri licentia. Idem de eo qui ab Ecclesia rem sine debitis solemnitatibus habet. Idem de Judice qui loco suae jurisdictionis emit , & de tutore , vel curatore qui rem a minore adquisivit.

Quaeres : Filiusfamilias mutuum accipiens tenetur in foro conscientiae restituere ? Resp. Non tenetur , ex eo quod lex ex causa justa potest tollere efficaciam obligationis ( Idem dicendum de muliere fidejubente ) nisi factus sit locupletior. Similiter, posesor qui, expleta jam usucapione, in malam fidem incidit, securus est in foro conscientiae.

Quaeres denique : Si quis fecerit testamentum , & Titium v. g. instituat haeredem si ex illa infirmitate decedat , & postea convalescat , valebit testamentum, mortuo ex alia infirmitate ? Resp. Valere ; quia testamentum bene factum semper vires habet licet multum temporis intercesserit : nec illa verba exprimunt causam finalem, sed impulsivam. E contra accidit in donationibus mortis causa ; supervivente enim donatario natura sua destruuntur.

## LEX IV. TAURI.

## III. TIT. IV. LIBR. V. RECOP.

## DE CONDEMNATIS AD MORTEM.

## LEY QUARTA.

„**M**Andamos , que el condenado por delito à muer-  
 „ te civil , ò natural , pueda facer Testamento , y  
 „ Codicilos , ò otra qualquier ultima voluntad , ò dar po-  
 „ der à otro que la faga por él , como si no fuese conde-  
 „ nado : el qual condenado , y su Comisario puedan dis-  
 „ poner de sus bienes , salvo de los que por el tal delito  
 „ fueren confiscados , ò se ovieren de confiscar , ò apli-  
 „ car à nuestra Camara , ò à otra persona alguna.

- 1 **H**AC lege jus commune corrigitur , disponens con-  
 2 demnatos tam ad mortem naturalem , quam ci-  
 3 vilem non fieri intestabiles , nec servos poenae. Sed du-  
 4 bium est : an condemnatus ad mortem testari possit si  
 5 ejus bona ob delictum confiscentur? Dicendum posse,  
 quia , licet bonis careat , habere potest : & testamentum  
 ejus plures sortitur effectus. I. Quod haeres institutus  
 succedet in bona post condemnationem acquisita , nam  
 ad haec confiscatio *regulariter* non extenditur. II. Quod  
 haeres succedet in bonis sub conditione testatori debitis,  
 ad quae nec extenditur confiscatio ; dum tamen condi-  
 tio ab ultima voluntate dependeat , quae non transmi-  
 titur ad haeredem , secus si a contractu. III. Quod po-  
 test

test tutorem filiis relinquere. IV. Quod iisdem pupillariter substituere potest.

Quaer. Condemnatus ad mortem potest haeres institui? Resp. Utique, cum testari possit: & licet sequatur condemnationem executio sententiae, semper tamen aliquod temporis intercedit, ut in muliere praegnante, administratore & aliis vidimus.

Quaeres: Potest contrahere? Resp. Cum valeat argumentum de contractibus ad ultimas voluntates, & testamento contractus fieri possint, dicendum posse.

## LEX V. TAURI.

## IV. TIT. IV. LIBR. V. RECOPIL.

## DE FILIOFAMILIAS.

## LET QUINTA.

„**E**L hijo, ò hija que está en poder de su Padre, seyendo de edad legitima para hacer testamento, pueda hacer testamento, como si estuviese fuera de su poder.

**H**AC lege contra jus commune statuitur, filiumfamilias legitima aetate constitutum testamentum facere posse.

Quaeres: Filius nostri Regni potest alio ubi cautum contrarium testari? Resp. Posse de bonis nostro Regno existentibus: illius autem Regni filius nec in nostro id potest facere, lex enim vel statutum non subditum non legitimat.



## LEX VI. TAURI.

## I. TIT. VIII. LIB. V. RECOP.

## DE SUCCESSIONE ASCENDENTIUM.

## LEX SEXTA.

„ **L** OS ascendientes legitimos , por su orden , y li-  
 „ nea derecha , sucedan *ex testamento* , y *ab in-*  
 „ *testato* à sus descendientes , y les sean legitimos here-  
 „ deros , como lo son los descendientes à ellos , en to-  
 „ dos sus bienes de qualquier calidad que sean , en caso  
 „ que los dichos descendientes no tengan hijos descen-  
 „ dientes legitimos , ò que ayan derecho de les heredar:  
 „ pero bien permitimos , que no embargante que ten-  
 „ gan los dichos ascendientes , que en la tercia parte de  
 „ sus bienes puedan disponer los dichos descendientes  
 „ en su vida , ò hacer qualquier ultima voluntad , por  
 „ su alma , ò en otra cosa qual quisieren. Lo qual man-  
 „ damos que se guarde , salvo en las Ciudades , Villas,  
 „ y Lugares do segun el *Fuero* de la tierra , se acostum-  
 „ bran tornar sus bienes al tronco , ò la raiz à la raiz.

- 1 2 **P**RO intelligentia hujus legis sciendum , antiquo jure  
 patrem quaecumque filiorum bona jure peculii  
 occupasse , qua ratione cuilibet praeferebatur , & filios  
 3 ipsius descendentes excludebat. Hodie tamen ex *legibus*  
*V. & VI. tit. 17. Part. IV.* tantum potest haec doctri-  
 na verificari in bonis profectitiis , quippe quae ex dictis  
*legibus* pleno jure quaeruntur patri ; non tamen in ad-  
 ven-

ventitiis, & coeteris, ex nostra *lege Tauri*, & IV. tit. 13.  
*Part. VI.* quibus disponitur ut parentes succedant filiis,  
 & descendantibus secundum sui gradus praerogati-  
 vam, atque ita jure haereditario. Unde si solus sit  
 pater, praefertur; si mater, ipsa, & si ambo, uterque ad-  
 mitetur. Advertendum tamen, quod ista ascendentium  
 successio tantum civili jure positivo nititur, & locum  
 habet cum filii, aut descendentes legitimi deficiant,  
*vel alii qui jus succedendi habeant.* Ex quo sequitur, le-  
 gem, vel statutum posse tollere successionem, & legi-  
 timam (quae hodie duas partes ex tribus bonorum fi-  
 lio comprehendit) ipsis parentibus, aliosque praeferre.  
 Advertendum etiam, in hujusmodi successione non esse  
 locum repraesentationi; contra naturam enim est, ut pa-  
 rens filium repraesentet.

Quaeres: Si ad successionem descendantis concur-  
 rant avus maternus, & paternus, debet fieri distinctio  
 bonorum, ut ille in adquisitis a matre, iste in adquisi-  
 tis a patre succedat? Resp. Non; bona enim semel in  
 alicujus patrimonio unita in jure nostro non separantur  
 nisi casibus expressis ab ipso: quin & *lex nostra* dicit,  
*ipsum succedere "en todos sus bienes de qualquier calidad*  
*" que sean.* In quo tamen loco vigeat contraria con-  
 suetudo, illa tenenda, ex *nostr. leg.* Quo sensu proce-  
 dit *lex X. tit. VI. libr. 3. for. II.*

Quaer. Si ad successionem concurrunt ascendentes  
 ex linea materna & paterna eodem gradu, sed dispa-  
 ri numero, succedunt in stirpes, vel in capita? Resp.  
 In stirpes: unde tantum auferet unus ex linea paterna,  
 si solus sit, quantum coeteri ex alia linea.

Quaer. Quis sensus illorum verborum *nostrae legis*, 10

- „è otros que les bayan de heredar“? Quae personae sunt istae? Resp. Filius spurius, vel naturalis postea legitimatus, qui omnia filii jura consequitur. Potest etiam intelligi substitutus pupillaris, qui matrem, aliosque excludit. Adverte tamen, quod licet pater & mater aequaliter ad filii successionem admitantur, si pater in bonis filii usumfructum habet, praecipuum retinet tempore vitae suae, nec per mortem filii extinguitur ususfructus, sicut nec per mortem proprietarii cujuslibet.
- 11 Quær. Si filiusfamilias faciat testamentum, & patrem in legitima instituat, de coeterno autem in favorem extranei disponat, retinebit pater in his bonis usumfructum si ante habebat? Resp. Non retinet, sed pleno jure quaeruntur extraneo: satis enim honoratus est pater ex acquisitione legitimae, quae hodie duabus ex tribus partibus constat; quin & *nostra lex* asserit indistincte posse filium de tertia parte disponere.
- 12 Praedicta omnis de ascendentium successionem doctrina procedit, nisi aliter loci consuetudine cautum sit, veluti quod pater adquirat, & mater, unusquisque quod a sua linea proveniat; tantum enim positivo jure nititur haec successio. Nec procedit in successionem contra testamentum, sed tantum ab intestato.
- 13
- 14



## LEX VII. TAURI.

## IV. TIT. VIII. LIB. V. RECOP.

## DE FRATRIBUS, ET ASCENDENTIBUS.

## LET SEPTIMA.

„EL hermano para heredar *ab intestato* à su her-  
 „mano, no pueda concurrir con los Padres, ò  
 „ascendientes del difunto.

JURE communi cautum erat, ut simul cum patre  
 & matre ad successionem descendens, istius fra-  
 tres, & sorores admitterentur. Haec dispositio confirma-  
 ta per *leg. IV. Tit. 13. Part. 6. nostra* corrigitur, nec  
 amplius continet.

## LEX VIII. TAURI.

## V. TIT. VIII. LIB. V. RECOP.

## DE SUCCESS. COLATERAL.

## LET OCTAVA.

„MAndamos, que succedan los sobrinos con los  
 „tios *ab intestato* à sus tios *in stirpes*, y no *in*  
 „capita.

Succedunt, igitur, collaterales collateralibus suo defunc-  
 to juxta sui gradus praerogativam, ita ut gradu  
 proximior coeteris praeferatur. Proximitas cognoscitur  
 com-

- 2 computatione facta ab eo qui succedere, vult ad eum qui parens communis habetur usque ad defunctum collateralem. In hac successione non datur primus gradus; & quum plures collaterales concurrunt, sine agnationis, aut cognationis differentia, pariter admituntur.
- 3 aut cognationis differentia, pariter admituntur.
- 4 Quæres: Potest cum bona conscientia testator extraneum instituere, & collaterales consanguineos præterire? Resp. Si collaterales divites sunt poterit, secus si pauperes, aut saltem aequali gradu paupertatis cum extraneo constituti, ex doctrina D. *Augustini*, & *cap. Si quis reliquerit* 30. *distinct.* nec istis casibus haeres institutus secure retinebit hæreditatem.
- 5 Ascendentium, & descendentium successio, licet in infinitum porrigatur, non sic collateralium, quippe quæ usque ad decimum tantum gradum extenditur, *leg. 6. Tit. 3. Part. 6.* In universalibus tamen successioneibus,
- 6 ut Regni, Ducatus, Marchionatus, majoratusve cujuslibet usque in infinitum extenditur juxta sui gradus proximitatem; idque sive successio incoeperit in descendentibus ab ipso fundatore, sive in collateralibus ejus: sive ita dispositum a testatore, sive tantum simpliciter vocaverit, post mortem ultimi possessoris, sequentes in gradu; semper enim ita fuisse præsumitur testantis voluntas.
- 7 Advertendum hic: Quod licet gradu proximior alteri collateralis præferatur, & qui eodem sint gradu, pariter admitantur; tamen si reperiatur major conjunctio in uno quam altero, ille præfertur; ut accidit in concursu filii utrimque conjuncti ad successionem patris, cum filio unius tantum lateris: disponitur *leg. 5. tit. 13. Part. 6.* Idem accidit cum filia patris utrimque conjunc-



uncta concurrat cum patruo suo ex uno tantum latere conjuncto : *dict. leg. 5. in fin.* Ista tamen major conjunctio ultra fratres , & filios fratrum non extenditur. 8

Quum autem concurrant frater ex parte patris , & frater ex matre , ille ad paterna , ad materna hic , & ad coetera pariter admitentur. Hinc inferitur , quod frater tantum ex parte matris conjunctus non potest a paterna linea proveniens retrahere ; & si in retrahendo concurrant utrimque conjunctus , & ex uno tantum latere unus , ille praefertur. Omnia eadem de fratrum filiis ( licet non ultra ) dicendum.

Quaer. Si testator simpliciter suos fratres instituerit , & ex his quidam utrimque , quidam ex uno tantum latere conjuncti sint , qui succedent ? Resp. Utrunque conjuncti : cum ex mente testatoris ob praesumptam erga eos majorem dilectionem vocati videantur.

Quaeres : In linea collateralium habet locum re- praesentatio ? Resp. Utrique usque ad tertium gradum : cautum *leg. 5. tit. 13. Part. 6. & leg. 241. Styli* , ex qua tamen consuetudo jubetur inspicere.

Quaeres : Si quis plurium fratrum filiis relictis in testatus decedat , succedent illi in stirpes , vel in capita ? Resp. In capita succedere , *leg. 13. tit. 6. libr. 3. For. 11. & 5. tit. 13. Part. 6.* Ratio juris etiam flagitat , ut si in successione qui pari sunt gradu concurrant , pariter admitantur.

Quaeres : Si quis ab intestato moriatur , relicto patruo , & filio alterius fratris , quis praefertur ? Resp. Iste , propter repraesentationem.

Quaer. Si quis instituat fratrem , & fratris alterius filios , succedent in stirpes , vel in capita ? Resp. Si col-

- lectivo modo, eos testator vocavit, in stirpes succedent: jus enim praesumit, testatorem voluisse fratris filios omnes pro uno computari: sed si aliud inferatur ex voluntate testatoris, veluti, si dixisset, *quod aequaliter succederent*, tunc in capita admittuntur. Dum tamen vocati nati non sunt, sed nascituri, etiam cum collective instituuntur, in capita succedent; jus enim praesumit, quod si nati essent, eos nominatim fuisset vocaturus testator, nisi fideicommissarie vocati reperiantur. Cum autem sigillatim suo nomine plures instituuntur, ex regula juris in capita succedunt.
- 17 Quæ. Si quis simpliciter suos fratres instituerit, intelliguntur haeredes instituti filii alterius fratris jam mortui? Resp. Non intelligi: appellatione enim fratris, existentes tantum intelliguntur in secundo gradu.
- 18 Quod supra diximus, in collateralium successione representationi tantum patere locum usque ad tertium gradum, non habet locum in Majoratibus, in quibus
- 19 ex *leg. 40. infra ultra* admittitur, maxime cum hi qui ad successionem concurrunt, ab ultimo mortuo posessere descendunt.
- 20 Si quis sine descendantibus, & collateralibus ab intestato decedat, ipsi succedit uxor, uxoriq; maritus, ex *leg. 6. prope fin. tit. 13. Part. 6.* Sunt enim socii divinae, & humanae domus. Quod procedit non tantum
- 21 in velata uxore, & conjuncta, verum & in sponsa de
- 22 praesenti; non tamen aliter, quam si bona gratia usque
- 23 ad mortem matrimonium inter eos durasset. Casus hujus succesionis verificabitur facile in filio Clerici, aut Monialis conjugato, vel eorum filia: aut cum natus, natave ex damnabili coitu absque prole legitima decessit.

Eve-

Evenire poterit , ut pupillus aliquis absque agnatis, cognatisque decedat : sed non ideo tutor ipsi succedit, 24 sicut nec educatrix infanti, nec nutritor, vel educator factuo exposito quem collegit , & tali statu mortuis , *leg. 3. tit. 20. Part. 4.* Idem dicendum de Hospitalibus , & Hospitatoribus, qui Peregrinis non succedunt *ex legib. 30. & 31. tit. 1. Part. 6. & 2. & 3. tit. 9. libr. 1. Ordinam.* sed bona ejus mobilia (haec enim secum portat advena) traduntur Episcopo , ut in pias eroget causas , *leg. 31. dict. tit. & Part.*

Denique notandum , quod si quis omni deficiente 26 linea , & conjuge decedat , haeres est Fiscus , *leg. 6. in fin. tit. 13. Part. 6.* Sunt etiam Monasteria quaedam, quae potiuntur privilegio petendi intestatorum bona usque ad quintum , cum scilicet defunctus nec descendentes , nec collaterales legitimos habet usque ad quartum gradum , *Pragmat. fol. 160. c. 4.* Ante ipsam admittantur , cum Fisco locum patebat , *legib. 1. tit. 8. libr. 1. Ordinam. & 8. tit. 12. libr. 3. Ordinam.*

## LEX IX. TAURI.

## VII. TIT. VIII. LIBR. V. RECOPI.

## LEX IX.

„ **L**OS hijos bastardos ilegítimos, de qualquier calidad que sean , no puedan heredar à sus Madres, *ex testamento* , *ni ab intestato* , en caso que tengan sus Madres hijo, ò hijos , ò descendientes legítimos: pero bien permitimos, que les puedan en vida,

„ò en muerte, mandar fasta la quinta parte de sus bie-  
 „nes, de la qual podrian disponer por su alma; y no  
 „mas, ni allende. Y en caso que no tenga la muger hi-  
 „jos, ò descendientes legitimos, aunque tenga Padre,  
 „ò Madre, ò ascendientes legitimos: mandamos, que  
 „el hijo, ò hijos, ò descendientes que tuviere natu-  
 „rales, ò espurios, por su orden, y grado le sean here-  
 „deros *ex testamento*, y *ab intestato*: salvo si los tales  
 „hijos fueren de *damnado*, y *punible ayuntamiento* de  
 „parte de la Madre; que en tal caso mandamos, no  
 „puedan heredar à sus Madres *ex testamento*, ni *ab in-*  
 „*testato*: pero bien permitimos, que les puedan en vida,  
 „ò en muerte mandar fasta la quinta parte de sus bienes,  
 „y no mas, de lo que podian disponer por su alma: y  
 „de la tal parte, despues que la ovieren, puedan disponer  
 „en su vida, ò al tiempo de su muerte, los dichos hi-  
 „jos ilegítimos, como quisieren. Y queremos, y man-  
 „damos, que entonces se entienda, y diga *damnado*, y  
 „*punible ayuntamiento* quando la Madre por el tal ayun-  
 „tamiento incurriere en pena de muerte natural: sal-  
 „vo si fueren los hijos de Clerigos, ò Frayles, ò Frey-  
 „les, ò de Monjas profesas; que en tal caso, aunque  
 „por el tal ayuntamiento no incurra la Madre en pena de  
 „muerte, mandamos, que se guarde lo contenido en la  
 „Ley que hizo el Señor Rey Don Juan el Primero en  
 „la Ciudad de Soria, que habla sobre la sucesion de los  
 „hijos de los Clerigos.

## N O T A.

*Esta Ley de Soria es la 6. tit. 8. libr. 5. de la*

*Recopilacion.*

## LEX X. TAURI.

VIII. EOD. TIT. ET LIBR.

## LEX X.

„**M**Andamos, que en caso que el padre, ò la madre sea obligado à dar alimento à alguno de  
 „sus hijos ilegítimos en su vida, ò al tiempo de su  
 „muerte, que por virtud de la tal obligacion no le pue-  
 „dan mandar mas de la quinta parte de sus bienes,  
 „de la que podia disponer por su alma; y por causa  
 „de los dichos alimentos, no sea mas capaz el tal  
 „hijo ilegítimo: De la qual parte, despues que la ovie-  
 „re el tal hijo, pueda en su vida, ò en su muerte fa-  
 „cer lo que quisiere, ò por bien tuviere. Pero si el  
 „tal hijo fuere natural, y el Padre no tuviere hijos,  
 „ò descendientes legítimos: Mandamos, que el Padre  
 „le pueda mandar justamente de sus bienes todo lo  
 „que quisiere, aunque tenga ascendientes legítimos.

## LEX XI. TAURI.

IX. EOD. TIT. ET LIBR.

## LEX XI.

„**Y** Porque no se pueda dudar quales son hijos  
 „naturales: Ordenamos, y mandamos, que en-  
 „tonces se digan ser hijos naturales, quando al tiem-  
 „po que nascieren, ò fueren concebidos, sus Padres

„ po-



„ podian casar con sus Madres justamente sin dispensa-  
 „ cion: con tanto, que el Padre le reconozca por su  
 „ hijo, puesto que no haya tenido la muger de quien  
 „ lo ovo en su casa, ni sea una sola: Ca concurrien-  
 „ do en el hijo las calidades susodichas, mandamos  
 „ que sea natural.

## LEX XII. TAURI.

## X. EOD. TIT. ET LIBR.

## LET XII.

„ **S**I alguno fuere legitimado por escripto, ò pri-  
 „ vilegio nuestro, ò de los Reyes que de Nos vi-  
 „ nieren, aunque sea legitimado para heredar los bie-  
 „ nes de sus Padres, ò de sus Abuelos; y despues su  
 „ Padre, ò Madre, ò Abuelos ovieren algun hijo, ò  
 „ nieto descendiente legitimo, ò de legitimo matrimo-  
 „ nio, nascido, ò legitimado por subsiguiente matri-  
 „ monio; el tal legitimado no pueda suceder con los  
 „ tales hijos, ò descendientes legitimos en los bienes  
 „ de sus Padres, ni Madres, ni de sus ascendientes *ab*  
 „ *intestato*, ni *ex testamento*: salvo si sus Padres, ò  
 „ Madres, ò Abuelos en lo que cupiere en la quinta  
 „ parte de sus bienes, que pudieran mandar por su  
 „ alma, les quisieren alguna cosa mandar: que fasta  
 „ en la dicha quinta parte bien permitimos que sean  
 „ capaces, y no mas: Pero en todas las otras cosas,  
 „ asi en suceder à los otros parientes, como en hon-  
 „ ras, y preeminencias que han los hijos legitimos:  
 „ Man-

„ Mandamos, que en ninguna cosa difieran de los hijos  
 „ nascidos de legitimo matrimonio.

## DE SPURIIS, INCESTUOSIS;

## EORUM ALIMENTIS, NATURALIBUS

## LIBERIS , ET LEGITIMATIS.

**C**IRCA has *leges* sciendum primo, quis sit filius na-  
 turalis: ipse est, *qui natus est ex solutio & soluta,*  
*inter quos absque dispensatione legitime matrimonium con-*  
*sistere poterat, leg. 11. Taur. & 8. tit. 13. Part. 6.* Antea  
*ex leg. 1. tit. 13. Part. 4.* qui ex concubina unica, & re-  
 tenta in domo veniebat, dicebatur; sed hodie, licet quis  
 plures habeat, quin etsi concubinam publice accedat, fi-  
 lius erit naturalis, patrique ab intestato succedet, dum ip-  
 sum pater recognoscat. Hoc tamen unum, quod si unica  
 esset concubina, & retenta in domo, non requiritur dic-  
 ta recognitio dum pater dominatus fuisset, sicut & ut filii  
 ex matrimonio legitimi praesumantur, sufficit mariti do-  
 minatio per cohabitationem, quin conjugum unius  
 contradictio officiat. Talis igitur filius naturalis, non ex-  
 tantibus ascendentibus legitimis, patri ab intestato suc-  
 cedet in duabus unciiis, etsi conjux legitima extet, dum  
 tamen filii quoque deficiant, *leg. 9. tit. 13. Part. 6.* Ex  
 testamento autem ex nostra *leg. 10.* pater si filios habeat,  
 Quintum naturali (quin & spurio pro alimentis) relin-  
 quere potest: sed si solum ascendentes, totam haeredita-  
 tem, dict. *leg. 10. & 1. prop. fin. tit 6. lib. 3. For. LL.*  
 Eadem aequae quae de filiis naturalibus & a fortiori  
 in nepotibus locum habent, in quibus quippe mi-

- 7 nor est impeditiva ratio, libidinis scilicet, quae antiquo jure filios a parentum successionem excluderebat: datur quoque sicut inter descendentes legitimos, inter naturales repraesentatio; unde nepos naturalis omnia avi acquirere bona potest ex testamento solis ascendentibus extantibus, & Quintum, quum legitimi descendentes supersunt. Similiter, & locum haec inter parentes habent, ordine mutato naturae, quia ex *leg. 8. tit. 13. 6. Part.* mutua est inter ipsos successio.
- 9 Secundo sciendum: Qualiter matri naturales filii succedant? Et dicendum, quod si mater filios habeat legitimos, naturales (quim & spurii, vulgoque concepti) possunt ex testamento illius quintum capere (In matre tamen illustri respectu spuriorum ex *leg. 11. tit. 13. 6. Part.* fallit haec doctrina, & *nostr. legib. 9. & 10.*) Si autem iis careat, etsi ascendentes adsint, bene omnes illi filii ipsi ex testamento & ab intestato succedent, quamvis persona illustris sit mater, semper enim est certa.
- 11 Quaer. In casu, quo filii naturales patri ab intestato succedunt, si testamentum pater ordinaverit, & ipsos praeterierit, superest illis remedium aliquod, ut duas illas uncias quas diximus consequantur? Resp. Non, ex
- 12 *leg. 8. vers. pen. tit. 13. 6. Part.* Contrarium simili casu cum matre accidit: ab ea itaque praeteriti vel non juste exhaereditati subvertere possunt, sicut legitimi, testamentum ejus; quod, etsi mater legitimos ascendentes habeat, procedit, quum & tali casu ab intestato vocentur. Sed non ita se habent in filio qui nascitur ex
- 13 damnabili coitu, qui nec ab intestato, nec ex testamento patri, & matri succedere potest, immo nec ab ipsis accipere donationem, *leg. 13. dict. tit. & Part.* Et  
ut

ut id dicamus, damnabilis coitus ille dicitur pro quo mater morte mulctatur, *leg. 9. Taur.* Ex qua porro definitione fluit; natum ex consanguinea intra quartum gradum (quamvis incestuosus ipse) matri ex integro non extantibus legitimis succedere posse: & hoc casu, patri ex testamento, sed non ab intestato, quum juste inter parentes non potuisset matrimonium contrahi sine dispensatione. Quamvis vero mater non poenam mortis incurrat, natus ex Sacerdote, Religioso, aut Moniali, nec patri, nec matri, ex testamento, aut ab intestato succedet, *leg. 9. Taur.*

Quaer. Potest per statutum disponi, ut natus ex damnabili coitu indistincte matri & patri succedat? Resp. Per rescriptum nequit Princeps alicui particulari concedere, ut filius nasciturus ex damnabili coitu ipsi succedat, ne ad delinquendum invitet, argum. *leg. 29. tit 11. 5. Part.* Atamem per legem generalem optime facere potest, quum ita filii qui non peccaverunt faveantur, ut ipsis in alimentis jus Canonicum favet. (\*)

Quaer. Nepos natus de filio spurio, incestuoso, vel damnabilis coitus, potest ab avo suo haeres institui? Resp. Si illius pater est mortuus, utique: si autem vivit,

F sub-

(\*) Sane, his omnibus ratio favet, etsi jus deficiat: & eo minus aequè cum hujusmodi filiis agitur, quod nulla in ipsis est turpitudine propria ob quam fama, existimatione, & bonis parentum omnino privari debeant. Hinc fit ut isti & alii ejusdem commatis juvenes oriosam vitam agant cum detrimento Reipublicae, & aliorum Civium, qui substantia propria folia haec inutilia sustentant, quae vaga Venus ex multorum caelibatuum copia producit. Et tu Lector benevole, hanc plus justo quam materia poscit breviorè additionem, pro laxamento animi erga hos miseros propensi, habecas quaeso.

subsistet tunc institutio cum ipsius nepotis facta fuerit contemplatione; & hoc casu, proprietatem & usum fructum nepos adquiret: valet etiam in dubio, pro nepote enim praesumimus factam institutionem, quum nemo facile eligat viam ex qua sua infirmari possit dispositio.

18 Quaer. Est aliquis modus tutus in utroque foro, per quem possit pater, aut mater aliquid relinquere ultra alimenta filio ex damnabili coitu nato? Resp. Utique, si  
19 ab eis instituatur sub conditione *si legitimetur*, sed non ipsi bonorum administratio conceditur conditione pendente. Id tamen in nepote ex filio spurio Clerici speciale est, ut ab avo suo recte haeres scribi possit. Sed ingens  
20 dubium est: an pater filio impuberi legitimo quemlibet ex dictis pupillariter substituere possit? Dicendum posse; quum non jam in bonis patris sed filii succedant: & quamvis *LL. 2. tit. 3. lib. 5. & 2. tit. 32. lib. 1. Ordin.* filium spurium & incapacem ab omni successione arceant consaguineorum patris, ex communi opinione tantum in Clericorum & Religiosorum filiis procedunt.

21 Quaer. Si pater incapacem filium instituit, cui applicatur haereditas? Resp. Si id palam fecit, & ipsum solum testamento scripsit haeredem, nullum est testamentum applicabiturque ideo haereditas venientibus ab intestato: quibus non dabitur, si cum ipso incapaci alii sint habiles instituti haeredes. Sed si incapacitas filii ob delictum proveniat, Fiscus haeres erit; ut accidit quum capacem testator palam scribit, & hic suam fidem accommodat de tota haereditate ejusve parte tali incapaci filio restituenda, *leg. 13. in fin. tit. 7. 6. Part.* Dum autem non accommodet fidem institutus haeres,



penes ipsum remanebit haereditas si numquam restituat. In summa, Fiscus aufert quid pro quo accommodata est fides, quamvis non fuerit restitutum. 23

Quaer. Quomodo constabit de ista promissione? 24

Resp. Variis modis, veluti per instrumentum id continens, per confessionem haeredis, (tenetur enim positioni *an fuerit rogatus* respondere, sicut & in delictis quilibet cogitur, & quum quaeritur an quis possideat, vel dolo desisset possidere.) Etiam per verisimiles conjecturas probari potest, ortas vel ex testatoris verbis, vel quod cum haerede articulo mortis ad aurem loquutus fuisset, & post appareant bona in potestate incapacis. In dubio tamen contra Fiscum praesumimus utpote de lucro agentem. Quum autem haereditas ab haerede, aut filio Fisco restituitur, cum fructibus quoque fit, quum illi malae fidei possessores sint; unde donec restituant, non sunt in foro conscientiae securi. Nota tamen, quod si Laicus sit haeres qui fidem accomodavit, Regis Fisco restitutio fiet; si Clericus, Fisco Ecclesiae, nullam quum faciat diversitatem testatoris illiusve cui restituitur conditio status: unum tamen est, quod si iste jam bona possideat, & non sit subiectus jurisdictioni Fisci ad quem pertinent, conventio tunc coram proprio ipsius iudice fieri debet, non tanquam delinquenti, sed tanquam simplici possessori; condemnatio autem & confiscatio debet fieri modo praedicto. (\*) 25 26 27 28 29

F 2

Quaer.

---

(\*) Iterum affirmamus Auctorem nostrum plures opinionum suarum castigaturum fuisse, si ipsum in posteriora saecula servassent facta. Nescio porro, qua fatali, ut ita dixerim apprehensione plures supe-

30 Quaer. Si quis Fisco hujusmodi fideicommissum denuntiat, consequitur praemium aliquod? Resp. Si ipse qui tacitam fidem accommodavit se detulit, consequetur tertiam bonorum partem, quae tribuitur quoque

---

perioris saeculi DD. nostri a seculari & nativa jurisdictione Clericos eximere voluerint, semper ac personarum eorum aliqualis ratio sive in contractibus, sive in judicio, aut aliis habita sit negotiis. Non dubitamus Academiae Bononiensi, & Philosophiae nostrae infelicitati primis illis temporibus, quibus cum *Decretalibus* coagulata doceri coepit, ex integro adscribere. Ego sane, nullam invenio causam, quare Fisco Ecclesiastico bona sint restituenda, quum Clericus aliquis fidem accommodat de ipsis *incapaci* restituendis. *Lex* enim 13. tit. 7. 6. *Part.* quae *istius* defendit acquisitionem, lex est politica & a legitima saeculari potestate emanata, quibus & Clerici praestare obedientiam tenentur et obsequium, ut prorsus nobis convictum reliquit D. *Salced.* de *Leg. polit. libr. 1. cap. 4. m. 7. & seqq.* Idque quantumvis ipsae poenales sint. Quid enim obstat, ut eorum salva semper persona in bonis exaequantur, aut executor sit Judex sipse Ecclesiasticus? Ex assumptione Clericatus nemo ideo unum esse desinit Societatis civilis, quantumvis in aliam, adscribatur. Et quidem si juxta Decretalistas illos, lex ulla civilis non potest Clericos obligare ex defectu, ut ajunt, *jurisdictionis* & quae ratio & ipsos movere potuit ut legem nostram Regiam adeo libenter admittant? Compendium & utilitas. In summa, non extat lex Ecclesiastica quae hanc foveat acquisitionem, nec existere poterat, quum in materia omnino politica & civili & ipsis Pontificibus extra territorium impune non pareatur. *Lex* 13. tit. 7. 6. *Part.* soli Regi & ejus Fisco bona incapaci relicta tribuit, ibi: „*E debela* „*aver el Rey.*“ Nec aliquid negotii facit fundamentum quod Auctorem nostrum commovit, ratione fori in quo unusquisque conveniri debet. Quid enim forum cum applicatione poenae commune habet? maxime quum ad restitutionem actione in rem Fiscus (in quem transivit statim bonorum dominium, ac fides accommodata fuit) experiri debeat; & pro tali actione quis porro ignorat Clericos etiam in saeculari foro respondere teneri, si res vel maxime temporalis sit, nec proprii patrimonii? Tu Lector judicabis, sed nos ira proculdubio sentimus.

que delatori cuilibet: etsi tertia pars quae datur accommodanti fidem, sit ex bonis pro quibus rogatus fuit, quae autem extraneo, de his quae Fisco pertinent deducatur. Et quidem si ipse se detulerit filius incapax post factam restitutionem, dimidiam dodrantis (quarta ab herede retenta) restituti consequitur, *leg. 14. tit. 7. 6. Part.* Idem dicendum si tantum res una ipsi restituta fuisset, dimidium enim pertinebit ad ipsum.

Praeterea, qui tacitam fidem accommodat deportationis & publicationis bonorum poena mulctatur. Et notabis, incapacem filium adeo incapacem esse, ut bona patris, nec per viam contractus onerosi, nec lucrativi acquirere possit, *LL. 22. tit. 2. libr. 1. & 2. tit. 3. libr. 5. Ordinam.* idemque deducitur ex *leg. 4. tit. 3. 6. Part.* Quim nec consanguineis patris aut matris ex *dict. LL. Ordin.* succedere potest, quamvis in hoc eas taxet communis opinio. Vid. *Num. 20.* Atque ita si pater quidquam donavit incapaci filio, donatum applicabitur ab intestato venientibus ordine succesivo, & istis intra duos menses non petentibus, Fisco, *leg. 10. tit. 13. 6. Part.*

Quaer. Hujusmodi filiis incapacibus debentur alimenta? Resp. A natura utique: ita ut hodie jam ad necessitatem reducta sint, argumento *leg. 2. tit. 19. 4. Part. & 8. tit. 13. 6. Part. Cap. Cum haberet 5. in fin. X. De eo qui duxit &c.* Quamvis enim *lex 5. dicti tit. 19. & Part.* hanc necessitatem remittere videatur, sententia sequitur *dict. Cap. Cum haberet*; atque ita vel officio judicis, vel condictione *illius Capituli* possunt ut ea praestent parentes compelli, sicut & haeredes ad quos transit etiam haec obligatio. Unum tamen

39 men est, quod alimenta (saltem in spuriis) tantum quoad indigentiam & ex fructibus patrimonii praestari debent, non attenta paterna dignitate. *Ex nostr. leg. 10.*

40 *Tauri* tantum Quintum bonorum permittitur parentibus filio nato ex damnabili coitu dare, & naturalibus, extantibus legitimis filiis: sed si hi deficient, naturalibus patrimonium totum relinquere potest; & hoc casu, non pro indigentia, sed secundum qualitatem personarum & patrimonii omnibus compelli poterit pater alimenta praestare. Quum autem Quintum plus quam sufficiens sit ut inde incapax filius alatur, minus poterit pater, aut iudex ipsi assignare. Sed si totum Quintum necessarium sit, dubium est: an ex eo extrahi debeant legata pia, si quae forte pater testator reliquit, & funeris impensae? Dicendu, mimpensas funeris utique; sed legata non valent quum non aequae sint necessaria ac ipsa alimenta. Adverte: quod fundus vel res in qua hujusmodi alimenta assignentur ad haeredes filii incapacis transmittitur, *leg. 9. in fin. &*

41 10. *Tauri*: quapropter nec in ea a patre gravari poterit, nisi aliquid forte de alimentis supersit, nam tunc  
42 & eo quod superest poterit privari.

Quaer. In quantum dotare poterit filiam, quam  
43 quis ex damnabili coitu habet? Resp. Usque ad Quintum praestare poterit; & talis dos transmittetur in posteros filiae. Si autem plus quam Quintum pro dote dedit, non poterit ab ipsa auferri quod superest constante matrimonio, nisi istius maritus participes fuerit fraudis, ducens scienter ex damnabili coitu natam; alias enim ex titulo oneroso possidere dicitur. Quum autem quod ex Quinto superest aufertur, vel hae-

redibus si testamento palam pater dotem dedisset, vel Fisco si tacite, ut per fideicommissum, adplicatur; vel filiis legitimis, aut his deficientibus patri, aut matri, aut fratribus si per contractum inter vivos dos data fuerit; sed & istis intra duos menses non petentibus Fiscus subintrat. *Vid. in Num. 35.*

Materia porro & doctrina taciti fideicommissi & locum habet in parentibus: unde inferitur, patrem filio ex damnabili coitu nec ex testamento posse nec ab intestato succedere, *arg. leg. 8. in fin. tit. 13. 6. Part.* quamvis istum facile largiamur ex *dict. cap. Quum haberet* ad alimenta manere obligatum.

Quaer. Hujusmodi filii succedunt consanguineis patris aut matris? Resp. Hodie ex *LL. 12. tit. 13. 6. part. 1. 7. & 8. tit. 8. libr. 5. Recop.* filii naturales tantum suis aliquando succedunt fratribus. Mortuo igitur (ait *lex 12.*) filio naturali ab intestato absque filiis, nepotibus, aut matre, fratres sui ex parte matris ipsius haeredes sunt, exclusis fratribus aliis naturalibus qui tantum sint ex parte patris; isti enim incerti sunt, matris vero certi. Si autem nulli ex parte matris haeredes extent, tum fratres naturales ex parte patris capient haereditatem, nisi forte adsit aliquis filius legitimus ex patre, mortui frater; nam tunc iste solus, quia plus juris quam naturales habet, succedet. Matris autem consanguineis bene succedent filii naturales propter partus certitudinem, *dict. leg. 12.* Advertendum tamen, quod si filius, naturalis tantum, ab intestato moriatur, relicto fratre ex parte matris tantum, & fratre naturali ex eodem patre & matre, iste utrinque conjunctus praefertur. Filii vero ex incestu nati, aut quolibet alio dam-



damnabili coitu, nec consanguineis matris succedunt ex *nostr. leg. 9. Taur. & 2. tit. 3. libr. 5. Ordinam.* quales filii a consanguineorum patris successione, etiam testamentaria, arcentur, & *nostra* idem in matre observari jubet: quare nec consanguinei ipsis succedent. *Vid. n. 20.*

- 51 *2.* Videndum nunc, an filii isti successionis incapaces, in nobilitate, dignitate, officio, alisque juribus parentum possint succedere? Et dicendum, bene succedere in his omnibus quae jus sanguinis, & naturale (quo omnes isti filii vere tales sunt) deferunt, secus in his quae commodum successionis bonorum spectant. Unde 1. sequitur: Quod tenentur lege *Pompeja* de parricidio si parentes occiderint. 2. Tenentur parentibus reverentiam exhibere, ideoque ipsos sine venia non vocant in jus.
- 52 3. Possunt mortem parentis accusare, tamquam suam, suorumve injuriam prosequendo. 4. Possunt (hoc de naturalibus intellige) a parentibus minus solemni testamento haeredes institui. 5. Non possunt in, vel pro-
- 53 patre dicere testimonium. 6. Poena inhabilitationis filiorum propter delictum patris dum de isto constet, & in his locum habet. 7. Si eorum mater sit, certa erunt nobiles si pater sit, *leg. 1. tit. 11. Part. 7.*
- 54 *8.* Haec omnia procedunt, cum tales filii legitimati non sunt, sed si legitimati, dubium est: an in bonis parentum, dignitatibus &c. succedant? Dicamus antea, quibus fiat legitimatio modis: duobus igitur ipsa fit; per *rescriptum Principis*, cum ipse naturalem, vel spurium filium natalibus restituit; & per *subsequens matrimonium*, si nimirum qui filios naturales habet contrahat cum illa ex qua nati; ipso enim tunc jure legiti-

timantur, dum quo tempore fuerint habiti nullum inter parentes ad contrahendum fuisset impedimentum, *leg. 1. in fin. tit. 13. Part. 4. & 2. in fin. tit. 15. ejusd. Part.* Adeo autem per subsequens matrimonium legitimantur filii antea suscepti, ut etiamsi id pater eorum faciat articulo mortis, legitimentur; quin & si nulla subsit spes sobolis, saltem si filii sint superstites: nisi forte appareat tale matrimonium in fraudem fuisse dispositum, *v. g. ut excluderetur substitutus vocatus in casu quo qui contrahat (institutus scilicet) absque legitima prole decedat:* vel ita se habeat, ut sensum amisisset jam, qui contraxisse dicitur. Nota: quod matrimonium illo casu, licet substitutum non excludat, valet.

Quaer. Si quis habens naturales filios, contrahat cum una, eaque mortua, cum concubina eorum matre, legitimantur filii antea suscepti? Resp. Utique, cum nullum adsit impedimentum.

Quaer. Si quis habet filium naturalem, & ex eo nepotem legitimum, si mortuo naturali filio contrahat cum concubina, legitimatur nepos quoad avum ipsum? Respond. Utique: virtus enim legitimationis favore ipsius matrimonii succedit; atque ita si in una persona operari nequit, in alia operatur.

Quaer. Si quis, suscepto naturali filio, matrimonium contrahat, filiumque ex eo legitimum habeat, & mortua justa uxore nubat iterum cum concubina ex qua primum filium asumpsit, quique ex eo legitimatur quis filiorum in successione praefertur? Resp. Filius legitimus secundo genitus: legitimatio enim nihil est aliud quam restitutio quaedam, quae in prejudi-

cium juris quaesiti nunquam operatur. Hoc tamen non  
 66 impedit dicamus, filium legitimatum in omnibus pro  
 67 legitimo haberi, atque ita succedere ex testamento, &  
 ab intestato, consequi suitatis jura, & ipsi legitimam  
 deberi; habebit aequae bonorum possessionem contra  
 tabulas, & sine causa exhaeredatus, querelam.

67 Quaeres: Si extant filii legitimi succedunt cum  
 ipsis legitimati? Resp. Si legitimatio ex matrimonio  
 68 sequuta fuit, utique: si autem per *rescriptum Principis*,  
 tunc cum ipso inexprimatur; nam Princeps de-  
 69 minuere potest legitimam. Atque ita poterit pater eos  
 meliorare, ita ut plus quam legitimi consequantur. Non  
 succedent autem per *rescriptum Principis* legitimati  
 cum legitimis, si isti postea nascentur, nec cum legi-  
 70 timatis per subsequens matrimonium, si istorum le-  
 gitimatio subsequuta fuit. Omnes tamen legitimati in-  
 distincte agnatis, & cognatis patris succedunt, & ipsi  
 69 eis, ab intestato, & ex testamento, ut legitimi.

70 Quaeres denique: Si Princeps ad instantiam patris  
 legitimavit filium apposita clausula, quod non nisi  
 in his quae ipsi pater velit relinquere possit succe-  
 71 dere, valet legitimatio? Resp. Utique: licet hujusmodi  
 72 actus non tam legitimatio, quam sit ad succedendum  
 dispensatio.

## LEX XIII. TAURI.

## II. TIT. VIII. LIBR. V. RECOP.

## DE FILIIS ABORTIVIS.

## LET XIII.

„**P**OR evitar muchas dudas que suelen ocurrir acer-  
 „ ca de los hijos que mueren recién nascidos,  
 „ sobre si son naturalmente nascidos, ò son abortivos:  
 „ Ordenamos, y mandamos, que el tal hijo se diga que  
 „ naturalmente es nascido, y que no es abortivo, quan-  
 „ do nació vivo todo, y à lo menos despues de nas-  
 „ cido vivió veinte y quatro horas naturales, y fue  
 „ baptizado antes que muriese. Y si de otra manera  
 „ nascido, murió dentro del dicho termino, ò no fue  
 „ baptizado: mandamos, que el tal hijo sea habido  
 „ por abortivo, y que no pueda heredar à sus padres:  
 „ ni à sus madres, ni à sus ascendientes. Pero si por  
 „ el ausencia del marido, ò por el tiempo del casa-  
 „ miento claramente se probáse que nació en tiem-  
 „ po que no podia vivir naturalmente; mandamos,  
 „ que aunque concurren en el dicho hijo las calidades  
 „ susodichas, que no sea habido por parto natural, ni  
 „ legitimo.

**E**X ista lege. Proles illa non abortiva dicitur quae  
 tota viva nata est, vixitque viginti quatuor ho-  
 ras, fuitque baptizata, & tempore quo naturaliter vi-  
 vere posset orta. Pro quorum declaratione supponen-  
 dum, testamentum in quo filius fuit praeteritus ipso

jure esse nullum, ad differentiam illius in quo posthumus praeteritus invenitur, quod usque ad ipsius nativitatem non destruitur, *leg. 20. tit. 1. Part. 6. &*

2 ratio est: quia dum in ventre est posthumus, adhuc in conceptu juris nihil est.

3 Quaer. Si posthumus praeteritus nascatur in vita patris, & eo adhuc vivo decedat, convalescit testamentum? Resp. Utique, modo in ipso ab intestato venientes, modo extranei sint instituti: & in hoc etiam differt posthumus a filio jam nato, nam praeteritus non convalescit testamentum etsi vivo patre decedat, nisi vocati sint venientes ab intestato. Ut hodie  
4 posthumus rumpat testamentum, requiritur quod supra diximus de prole non abortiva, *n. leg. 13. & legib. 4. & 5. tit. 23. Part. 4. & 17. in fine tit. 6. Part. 6.* Notandum etiam, quod quandoque etsi posthumus intra breve tempus nascatur, legitimus praesumitur, veluti si quis eam ducat quam concubinam habuit.

## LEX XIV. TAURI.

### VI. TIT. IX. LIBR. V. RECOP.

## LET XIV.

„**M**Andamos, que el marido, y la muger, suel-  
 „to el matrimonio, aunque casen la segun-  
 „da, ò tercera vez, ò mas, puedan disponer libre-  
 „mente de los bienes multiplicados durante el prime-  
 „ro, ò segundo, ò tercero matrimonio; aunque haya  
 1 „habido hijos de los tales matrimonios, ò de alguno  
 „ de



„ de ellos, durante los quales matrimonios, los dichos  
 „ bienes se multiplicaron, como de los otros sus bie-  
 „ nes propios que no oviesen seido de ganancia; sin  
 „ ser obligados à reservar à los tales hijos propiedad,  
 „ ni usufructo de los bienes.

## LEX XV. TAURI.

## IV. TIT. I. EOD. LIBR.

## LET XV.

„ **E**N todos los casos que las mugeres, casando se-  
 „ gunda vez, son obligadas à reservar à los hi-  
 „ jos del primer matrimonio la propiedad de lo que  
 „ ovieren del primer marido, ò heredaron de los hijos  
 „ del primero matrimonio; en los mismos casos el va-  
 „ ron, que casàre segunda, ò tercera vez, sea obligado  
 „ à reservar la propiedad dellos à los hijos del prime-  
 „ ro matrimonio.

## LEX XVI. TAURI.

## VII. TIT. IX. EOD. LIBR.

## LET XVI.

„ **S**I el marido mandàre alguna cosa à su muger al  
 „ tiempo de su muerte, ò en su testamento, no  
 „ se le cuente en la parte que la muger ha de haber de  
 „ los bienes multiplicados durante el matrimonio; mas  
 „ haya la dicha mitad de bienes, y la tal manda en lo  
 „ que de derecho debiere valer.



ideo autem valet, quia filii (quorum in favorem reservantur) mori prius possunt quam parens alienans. Sed si alienatio ante transitum facta fuisset, filii, eo sequuto, alienatum statim petere possunt, & vindicare. Quae omnia locum non habent, cum de conjugis mortui licentia, & filiorum (utpote quibus reservatio praecipue interst) superstes conjux secundo nubit: aut si Principis licentia nuptiae fuissent dispositae. Notandum; ea quae diximus de secundo matrimonio, locum habere, habito respectu, in tertio, quarto, aut ulteriori.

Quaeres: 2 Mulier transiens ad secunda vota tenetur reservare filiis primi matrimonii quae habuit a consanguineis mariti? Resp. Utiq; ab ipso enim marito proficisci intelliguntur. Idem de marito respectu consanguineorum uxoris dicendum. Non tamen ex his inferas, superstitem conjugem amittere ab altero bona relictas, licet reservare teneatur.

Quaer. 2 Si maritus aliquid reliquit uxori sub conditione si non nupserit (quae viduis tantum apponi potest) amittit statim secundo nubens? Resp. Utiq; ex defectu conditionis.

Quaer. 2 Si a marito, aliove uxori fuerit legatum relictum donec caste, & honeste vixerit, amittit ipsum secundo nubens? Resp. Aut talis conditio a marito, vel filio fuit posita, & tunc amittit; aut ab extraneo, & retinet: ratio est, quia in matrimonio castitas est, quam tamen non videtur respectu patris, & filii conservare quae iterum contrahit.

Amittit aequè transiens ad secundas nuptias: tutelam legitimam filiorum: nec priusquam ipsis, & Velle-

**11** *jano* renuntiaverit eam potest assumere, *leg. 4. & 9. tit. 16. Part. 6.* Idem dicendum de cura; praesumitur enim, quod secundi mariti amore accensa non optime de filiorum bonis mereatur, *dict. leg. 4.* Similiter perdit tutelam testamentariam mulier secundo nubens: idque quamvis contrarium testator maritus disposuisset: tenetur etiam vestes lugubres restituere haeredibus primi mariti; imo lectum quotidianum ad partitionem cum eisdem afferre, *ex leg. 6. tit. 6. lib. 3. For.*

**12** Si tamen filiis pater pupillarem dederit substitutum, bene educatio matri permittitur, cum ad ipsam non sit tunc haereditas perventura.

**12** Quaer. 3. Matre a tutela exclusa pertinet ad legitimum, vel ad dativum? Resp. Dicendum: Si mater nunquam eam accepit (quod *ex leg. 9. tit. 16. Part. 6.* non tenetur ipsam accipere) ad legitimum venit: si accepit, & transivit ad secundas nuptias, etiam ad legitimum pertinet: unde solum admitetur dativus, cum mulier ipsa a Judice tutorem petiisset dari, quia iterum nubere volebat. Amittit etiam uxor tutelam filiorum, si inhoneste vivat, *dict. leg. 9. tit. 16. Part. 6.* quin & bonis tanquam prodiga interdici potest, quae enim prodiga est corporis, & rerum esse praesumitur. In quo a marito differt, cui ob hanc causam similis non fit interdicio, licet ipsi tollatur administratio bonorum filii: differunt etiam, in eo quod maritus secundo nubens praedictam non perdit administrationem.

**13** Quaer. 4. Si mater vivat luxuriose, & alicui filiorum succedat, tenetur id aliis filiis reservare? Resp. Non tenetur: lex enim de reservatione mere poenalis est, & tantum loquitur de casu, quo mulier secundo nubat:

unde nec dotem amittit; perdit tamen medietatem lucrorum constante matrimonio adquisitionum, *leg. fin. in fin. tit. 4. libr. 5. Ordin.* sicut & donationem quam a marito habuit, *leg. 9. tit. 12. libr. 3. For. II. leg. 3. tit. 12. Part. 4.* & facultatem testandi a marito concessam.

Quaer. Si mater tutelam assumpsit, & in transitu ad secunda vota non petierit a Iudice tutorem filii, amittit eorum successionem, & jus substitutionis pupillaris? Resp. Utique: idemque dicendum si noluit esse tutrix, & intra annum tutorem filiis non petit. Quod (matre non extante) militat etiam in consaguineis, *leg. 12. tit. 16. Part 6.* Haec procedunt, nisi mater, aut consaguinei minores sint XXV. annis: Item non procedunt, si filii puberes moriantur. Licet autem consaguinei ex omissione tutorem petendi successionem amittant, non tamen sequentes in gradu, licet intra alium annum non petant, dum tamen qui anteriores sunt vivant, secus si in vita impuberis moriantur. Nota, quod non est transacto tempore purgationi locus.

Quaeres denique. Si filius impubes mortuus est intra annum, in quo mater tutorem ipsi petere debebat, & adhuc brevissimum tempus remanebat, ex stilo Curiae non sufficiens ad petitionis expeditionem, successio deferretur matri? Resp. Utique: nam ille qui tenetur ad aliquod factum intra certum tempus explicandum, non incurrit poenam legalem nisi integraliter labatur, ex doctrina cap. *Commisa de Elect. in 6.*



## LEX XVII. TAURI.

## I. TIT. VI. LIBR. V. RECOPI.

## DE MELIORATIONE.

## LEX XVIII.

„ Quando el padre, ò la madre mejoráre à algu-  
 „ no de sus hijos, ò descendientes legítimos  
 „ en el *Tercio* de sus bienes en testamento, ò  
 „ en otra postrimera voluntad, ò por otro algun con-  
 „ trato entre vivos, ora el hijo esté en poder del padre  
 „ que hizo la dicha mejoría, ò no; fasta la hora de su  
 „ muerte la pueda revocar quando quisiere; salvo si,  
 „ hecha la dicha mejoría por contrato entre vivos,  
 „ oviere entregado la posesion de la cosa, ò cosas en el  
 „ dicho *Tercio* contenidas, à la persona à quien la hi-  
 „ ciere, ò à quien su poder oviere; ò le oviere entre-  
 „ gado ante Escrivano la escriptura dello, ò el dicho  
 „ contrato se oviere hecho por causa onerosa con otro  
 „ tercero, asi como por via de casamiento, ò por otra  
 „ cosa semejante; que en estos casos mandamos, que  
 „ el dicho *Tercio* no se pueda revocar, sino reservase  
 „ el que lo hizo, en el mismo contrato, el poder para  
 „ lo revocar, ò por alguna causa que segun Leyes de  
 „ nuestros Reynos las donaciones perfectas, y con de-  
 „ recho fechas se pueden revocar.

**U**T melius intelligatur materia haec, sciendum quid haereditatis filiorum legitima comprehendat. Hodie igitur ipsa omnia bona comprehendit praeter Quintum, de quo ad libitum possunt disponere parentes, sicut & de Tertio inter filios tantum, & descendentes, unum, vel aliquos meliorando in ipso, *legib. 9. tit. 5. libr. 3. For. 11. & 17. Tauri.*

Quaer. Quod prius de haereditate deducitur, Tertium, vel Quintum? Resp. Quintum, favore animae, *leg. 214. Styli*; nisi testator contrarium jusserit, in sui enim favorem est constitutum. Deducto igitur aere alieno, dividetur paterna haereditas in quinque partes aequales, quarum una pro Quinto assignabitur: post residuum in tres partes secabitur, & una erit Tertium, applicabiturque filio meliorato: reliquum legitima erit, & inter filios dividetur aequaliter, *leg. 30. Tauri.*

Videamus nunc quid *nostr. leg.* statuatur. Ut intelligatur notandum, quod ex dicta *leg. 9. Fori*, pater, vel mater poterant quidem in vita meliorationem Tertii bonorum facere, & quem filium eligere voluerint nominare; attamen per tempus vitae suae ipsis licebat electionem revocare: ea autem non revocata, si traditio intertulerat (licet non ex hoc, nec statim valeret) morte confirmabatur; si autem non fuisset sequuta traditio, nunquam tenebat, nec ipsam mors confirmabat. In summa, ex *dict. leg. 9.* melioratio habebatur ad modum donationis alterius inter patrem, & filium: unde semper valebat facta filio emancipato. Verum *lex nostra* disposuit, quod si non tradatur possessio, possit revocari melioratio, secus si tradatur; modo fiat a patre, modo a matre (respectu istius semper, & omni

casu valebat ob potestatis defectum) modo filio in potestate, modo emancipato. Ne tamen hinc inferas aliquid nostris legibus mutatum fuisse circa simplices donationes, filiis in potestate patria, & extra constitutis, factas: licet enim ex *leg. 26. infra*, donatio quaelibet patris intelligitur filio facta pro melioratione, hoc est intelligendum de donatione confirmata juris dispositione, & solemnitate.

10 Quaer. 3 Si alter parentum filium in Tertio, & Quinto melioravit, & tradidit possessionem, poterit quoad Quintum illa melioratio revocari? Resp. Utique: alias enim intestabilis efficeretur pater, cum in effectu sit haec omnium bonorum donatio, respicit enim ex *leg. 23. infra* tan praesentia, quam futura bona.

11 Quaer. 3 Si facta est melioratio Tertii tradita possessione, & pater qui fecit, alia post bona adquisivit, est revocabilis quoad bona acquisita? Resp. Non est: idque

12 quamvis expresse limitetur ad bona praesentia; melioratio enim ad omnia bona futura sua natura extenditur.

13 Unde nihil interst ex qua causa fiat; sufficitque scripturae traditio.

14 Quaer. 3 Si pro melioratione in Tertio res certa fuerit assignata quae ipsum non aequet, debet suppleri quod deficit? Resp. Non: quare si fortuito res pereat, filio periit: e contra si assignata res Tertium superet, in solo ipso intelligitur melioratus. Sed dubium est: si pater dixit quod ex aliis bonis suppleretur portio deficiens, poterit quoad partem istam, cujus non fuit tradita possessio revocari? Resp. Non, quia, ut saepe dictum, omnia respicit bona melioratio natura sua.

15 Quaer. 3 Ut melioratio irrevocabilis efficiatur ex

traditione possessionis, requiritur actus verus traditionis? 12  
 Resp. Non: quia vera, & juridica possessio tan ex actu 16  
 ficto, quam vero causatur: quin & *lex nostra* asserit  
 scripturae sufficere traditionem (qui actus fictus est) ad  
 possessionis acquisitionem. Quod procedit, quamvis ge-  
 nerice in solo Tertio absque rerum asignatione fuisset 22  
 constituta melioratio; licet hic enim incertitudo oria-  
 tur, quae impedit acquisitionem possessionis; non est 17  
 tamen omnimoda incertitudo, cum quota melioratio-  
 nis sit certa, licet res incertae. Nec incertitudo solet obs-  
 tare possessionem per Procuratorem adquirere volenti-  
 bus, ut nostro casu.

NOTA. *Licet ex nostra leg. 17. matrimonii cau-  
 sa meliorationis facta promissio efficiebatur irrevocabilis,  
 hodie ex leg. 1. tit. 2. libr. 5. Recop. prohibetur pater fi-  
 lias per viam dotis meliorare inter vivos.*

Quaer. ; Tenetur pater filium digniorem meliorare? 18  
 Resp. In contentioso foro quem velit potest eligere, sed  
 in conscientia, meritis, & virtutibus abundantem.

Quaer. ; In unico filio potest cadere melioratio? 19

Resp. Non: melioratio enim cum sit quaedam electio  
 non potest in unica subsistere persona. Nepos tamen  
 (qui ex *leg. 18.* meliorari potest ab avo) ex unico tan-  
 tum filio meliorari utique poterit, ex magis recepta, &  
 communi opinione, *licet contrariam amplectatur GO-  
 MEZ.*

Quaeres : ; Si postquam melioratio est perfecta 20  
 pater aliqua bona alienavit, poterit filius melioratus  
 illa a possessoribus vindicare? Resp. Non poterit, quia  
 in melioratione & ejus validitate respectus habetur ad  
 tempus mortis meliorantis, *leg. 23. & 29. infra.*

- 21 Quaer. Si pater in vita bona sua inter filios divi-  
sit, & uni majorem portionem, quam aliis assignavit,  
poterit talem post divisionem revocare? Resp. Si poses-  
sionem tradidit revocare nequit; est enim talis assigna-  
tio meliorationis species.
- 22 Quaer. Si pater meliorationis tempore non appo-  
suit pactum aliquod, vel gravamen, poterit illud ex  
intervallo aponere? Resp. Si melioratio facta fuit irrevoca-  
bilis non poterit, ut in contractibus & quibuslibet di-  
visionibus: si vero adhuc revocari poterat, a fortiori  
gravamen apponere.
- 23 Quaer. Tenet gravamen successivum melioratio-  
nis tempore positum? Resp. Utique: nec enim requiri-  
tur, quod non sit alter descendens: atque ita vocari  
possunt in locum meliorati descendentes, & ascenden-  
tes in defectum istorum, & extranei si & collaterales  
deficiant.
- 24 Quaer. Melioratio in tertio ultima voluntate facta,  
& tradita possessione potest revocari? Resp. Utique, si  
traditio illa per viam legati, aut donationis mortis causa  
fiat (quo respectu facta praesumitur si incontinenti  
fiat): licet enim *lex nostra* dicat irrevocabilem meliora-  
tionem traditam, procedit quum id fit per viam con-  
tractus inter vivos.



## LEX XVIII. TAURI.

II. TIT. VI. LIBR. V. RECOP.

DE MELIORAT. NEPOT. ET DESCEND.

## LET XVIII.

„**E**L padre y la madre , ò qualquier dellos puedan  
 „ si quieren, hacer el Tercio de la mejoria , que  
 „ podian hacer à sus hijos , y nietos conforme à la Ley  
 „ del *Fuero* , à qualquier de sus nietos , ò descendientes  
 „ legitimos, puesto que sus hijos , padres de los dichos  
 „ nietos , ò descendientes, sean vivos, sin que en ello  
 „ les sea puesto impedimento.

**E**X ista *lege* notandum, quod avus potest meliorare 1  
 nepotem, etiamsi istius pater extet, cum (*leg. 9.*  
*tit. 5. lib. 3. For. II.*) vivente patre, non posset nepos  
 meliorari, quum nec ipsi legitima deberetur, nec jus  
 succedendi haberet. Idem ex *nostra lege* quod in nepote, 2  
 in pronepote, & quodlibet alio descendente dicendum.  
 Notandum est etiam: quod sicut pater potest unum fi-  
 lium, vel nepotem meliorare, ita duos vel plures. Item:  
 quod potest mater filium in suis bonis meliorare, quam- 3  
 vis in ipsis pater usumfructum habeat; qui tamen non  
 est ab eo auferendus, ideoque in proprietate, quam so-  
 lam mulier habet, melioratio consistet; qui enim do-  
 nat, jus quod tantum habet donare intelligitur.

## LEX XIX. TAURI.

## III. TIT. VI. LIBR. V. RECOP.

## DE MELIORATIONE IN RE CERTA.

## LEX XIX.

„**E**L padre y la madre, y abuelos en vida, ò al  
 „ tiempo de su muerte pueden señalar en cierta  
 „ cosa, ò parte de su hacienda el *Tercio*, y *Quinto* de  
 „ mejoría, en que lo haya el hijo, ò hijos, è nietos que  
 „ ellos mejoraren; con tanto, que no exceda el dicho  
 „ *Tercio* de lo que montáre, ò valiere la tercera parte  
 „ de todos sus bienes al tiempo de su muerte. Pero  
 „ mandamos, que esta facultad de poder señalar el di-  
 „ cho *Tercio*, y *Quinto*, como dicho es, que no la pue-  
 „ da el Testador cometer à otra persona alguna.

**D**isponit haec *lex* quod melioratio Tertii, & Quin-  
 ti potest in re, aut rebus certis assignari, dum  
 ipsae non excedant tertiam partem bonorum habito  
 respectu ad tempus mortis. Disponit aequè, quod non  
 possit testator alteri committere facultatem assignandi  
 rem istam, vel res in quibus melioratio cadat. Quumque  
 jam id in Tertio *leg. 213. Styli* cautum fuisset, ad  
 Quintum quoque extendit *lex nostra*.

3 Quaer. ¿Potest filius, vel filia tertiam partem (de  
 qua ex *leg. 6. supra* potest disponere) non extanti-  
 bus descendantibus, relinquere uni ex ascendentibus in  
 re certa? Resp. Utique: successiones enim ascendentium,

&amp;

& descendentium equiparantur, & in una dispositum, in altera quoque intelligitur, nisi contrarium constet.

Quaer. ¿ Filius, vel filia habens ascendentes, potest 4  
tertiam illam patrem extraneo in re certa relinquere?

Resp. Non : ex omnibus enim bonis filiorum, & quolibet re haereditaria parentibus legitima (quae hodie duas partes comprehendit) debetur; atque ita imponebatur ipsis gravamen ex tali assignatione.

Quaeres : ¿ Si res in qua melioratio tertii fuit facta 5  
alienetur, revocatur melioratio si non fuit facta traditio? Resp. Aut ex voluntate citra necessitatem fuit alienata, & tunc, ut legatum, rescinditur : aut ex necessitate (quae semper praesumitur) & non revocatur, leg. 40. tit. 9. Part. 6. Si autem in omnibus bonis fuit melioratio facta, nunquam revocatur, licet in re alienata minuat.

## LEX XX. TAURI.

### IV. TIT. VI. LIB. V. RECOP.

NE MELIORATIO IN PECUNIA CONSISTAT.

## LET XX.

„ **L** OS hijos, ò nietos del Testador no puedan decir, que quieren pagar en dinero el valor del „ *Tercio*, ni del *Quinto* de mejoría que el Testador „ oviere hecho à alguno de sus hijos, ò nietos, ò quando mejoraré en el *Quinto* à otra persona alguna ; si „ no que en las cosas que el Testador oviere señalado „ la dicha mejoría del *Tercio*, y *Quinto*, ò quando no

„ le señaló , en la parte de hacienda que el Testador  
 „ dejáre, sean obligados los herederos à se lo dar; sal-  
 „ vo si la hacienda del Testador fuere de tal qualidad  
 „ que no se pueda convenientemente dividir: que en es-  
 „ te caso mandamos, que puedan dar los herederos del  
 „ Testador al dicho mejorado , ò mejorados el valor  
 „ del dicho *Tercio*, y *Quinto* en dinero.

- i **E**X *Lege* ista deducitur. I. Quod filius, vel filia me-  
 lioratus in *Tertio*, & *Quinto* bonorum, debet ha-  
 bere meliorationem in ipsis rebus haereditariis, non ve-  
 ro in pecunia. II. Quod extraneus, cui Quintum, aut  
 pars ejus relictum est, debet illud habere in re, aut re-  
 bus assignatis, vel in omnibus rebus haereditariis pro ra-  
 ta, & quota. III. Quod si bona defuncti non commo-  
 2 dam divisionem recipiant, possunt haeredes solvere  
 meliorationem in pecunia numerata, licet non cogan-  
 3 tur. Legitima autem semper de rebus haereditatis debet  
 solvi.

## LEX XXI. TAURI.

V. TIT. VI. LIBR. V. RECOP.

## LEY XXI.

„ **M**Andamos, que el fijo , ò otro qualquier des-  
 „ cendiente legítimo , mejorado en el *Tercio* , ò  
 „ *Quinto* de los bienes de su padre , ò madre , ò Abue-  
 „ los, que puedan , si quisieren repudiar la herencia  
 „ de su Padre , y madre , ò abuelos , y acetar la di-  
 „ cha mejoría; con tanto , que sean primero pagadas  
 „ las deudas del defunto , y sacadas por rata de la di-  
 „ cha

„cha mejoría las que al tiempo de la partija parescien-  
 „ren; y por las otras que despues parescieren, sean  
 „obligados los tales mejorados à las pagar por rata de  
 „la dicha mejoría, como si fuesen herederos en la di-  
 „cha mejoría de *Tercio*, y *Quinto*. Lo qual mandamos  
 „que se entienda, ora la dicha mejoría sea en cosa  
 „cierta, ò en cierta parte de sus bienes.

**N**Otandum ex hac *lege*, quod filius, cum aliis ins-  
 titutus, vel ab intestato succedens, melioratus  
 in *Tercio*, & *Quinto*, potest meliorationem adire, &  
 haereditatem repudiare. Idem comprobat *lex 2. in fin.*  
*tit. 9. Part. 6.*

## LEX XXII. TAURI.

VI. TIT. VI. LIBR. V. RECOPII.

DE PROMISSIONE MELIORATION. VEL NON.

## LEX XXII.

„**S**I el padre, ò la madre, ò alguno de los ascendien-  
 „tes prometió por contrato entre vivos de no me-  
 „jorar à alguno de sus fijos descendientes, y pasó so-  
 „bre ello escriptura publica, en tal caso no pueda ha-  
 „cer la dicha mejoría de *Tercio*, ni de *Quinto*; y si  
 „la hiciere, que no vala. Y asimismo mandamos, que  
 „si prometió el padre, ò alguno de los ascendientes  
 „de mejorar à alguno de sus fijos, ò descendientes en  
 „el dicho *Tercio*, y *Quinto* por via de casamiento, ò  
 „por otra causa onerosa alguna, que en tal caso sean



„ obligados à lo cumplir y hacer; y si no lo hicieren,  
 „ que pasados los dias de su vida, la dicha mejoría, y  
 „ mejoras de *Tercio*, y *Quinto* sean habidas por fe-  
 „ chas.

**S**tatuit *lex* presens **I.** quod si pater, vel mater pro-  
 miserint alicui filio, vel filiae non meliorare ali-  
 quem ex descendantibus, teneat promissio talis, si de  
 ipsa scriptura publica confecta fuerit. **II.** Quod si pro-  
 miserint meliorare ex causa matrimonii aliquam ex fi-  
 liabus, aut ex causa qualibet onerosa, tenentur promissum  
 adimplere; & si non faciant, pro facta habebitur  
 melioratio. *NOTA. Hoc hodie correctum est lege Madri-*  
*ticia 1. tit. 2. libr. 5. Recop. qua talis melioratio inter*  
*vivos prohibetur, quin & testamento, si pro dote, aut*  
*per viam contractus dotis nomine fiat.*

Ut haec melius intelligantur sciendum est: Qua-  
 tuor circa successionem adesse pacta: pactum de *non*  
*succedendo*, quo quis futura successione privatur: de  
*succedendo*, quo quis successionem adquirere vult: de  
*futura successione conservanda*, & de *haereditate futura*  
*certo modo dividenda*. His positis, dicimus: pactum de  
*non succedendo*, etiam factum ex causa onerosa, repro-  
 1 batum esse, tan in descendantibus, quam in ascenden-  
 2 tibus, & collateralibus; ne quis forte (quod *lex* semper  
 3 praesumit) pro modico pretio de praesenti, renuntiaret  
 4 opulentae haereditati de futuro. Unde sequitur, eum qui  
 5 legitimam accepit, valide posse renuntiare paternam hae-  
 6 reditatem, cum nec praeteritus testamentum rumpat:  
 Idemque dicendum, si in ipso actu testandi instituen-  
 dus renuntiaret, quum non esset tunc juris futuri, sed  
 prae-

praesentis renuntiatio. Idem quoque procedit, cum juramento renuntiatio fuerit confirmata, quum non sit ipsum contra bonos mores, nec in aeternae salutis dispendium vergat; idque etsi nihil renuntians receperit haereditatis. Et in tantum est verum valere cum juramento renuntiationem, ut virtute ipsius, a successione ab intestato excludatur quoque renuntians; qui enim simpliciter renuntiat, universaliter renuntiat: quapropter nec contra testamentum admitetur, nullum enim jus habet succedendi ab intestato.

Quaer. ; Renuntiatio filii jurata, ipso mortuo, non cet ejus filiis? Resp. Utique: sive eorum pater vivo ipsorum avo decedat, sive jam mortuo; semper enim ipsi ex persona patris sui, & eam repraesentando ad avi haereditatem admituntur. Atamen si pater, vel mater quibus facta est renuntiatio, renuntiantem filium, aut illius qui renuntiavit, testamento instituerint haerodem, bene succedet institutus quin obstat jurata renuntiatio, quae ad casum supervenientem institutionis non extenditur: unde ex tali institutione filius fiet iterum suus, suitatisque jura in posteros transmittet tanquam si non renuntiasset. Nec ut haec consequatur filius, requiritur nominatim ipsius facta institutio, indefinita filiorum sufficit; in actu enim favorabili institutionis, aut legati omnes filii comprehenduntur.

Quod supra diximus, renuntiantem filium cum juramento non posse patri, aut matri succedere, intelligendum est cum alii filii supersunt, filiaeve descendentes; secus nullis existentibus morte patris, aut matris: ea enim renuntiatio aliorum filiorum contemplatione facta censetur, unde judicatur, si non appareant, defecta.

Quaer.

- 12 Quær. § Si quo tempore renuntiavit filius, nullus erat alius, nec fuit postea natus, renuntians poterit succedere? Resp. Aut talis renuntiatio non fuit facta aliorum filiorum (qui nascerentur scilicet) contemplatione v. g. quia in ea expressum, & non succedit; aut e contra, vel simpliciter, & tunc ob defectum subintellectae conditionis admititur. Observa tamen, renuntiationem filii non obstare ipsi ad alimenta agenti, quamvis nec ea petere jurasset; repugnat enim naturae iuramentum illud. Similiter, ipso non obstante,
- 13 succedere potest haeredibus patris, quibus acquisita semel haereditas non amplius patris fuisse praesumitur: ergo fratri succedet suo casu idque quamvis nondum ille communis parentis adiisset haereditatem; non enim
- 14 mediate succedere impedit iuramentum. Ex quo deducimus, nefarium filium succedere posse haeredibus patris; non tamen idem iudicamus de homicida quoad occisi haeredes in bonis ab isto proventis. Observandum
- 15 aequè, valere pactum de *non succedendo* cum quis futurae successionis alicujus jam defuncti renuntiat, quamvis renuntians fideicommissarie vocatus fuerit; cum defuncto succedat. Adeo autem tunc valet, ut nec minor sine decreto renuntians restituatur. Ex qua doctrina sine vi infertur, substitutum pupillarem, vivente adhuc pupillo, & sine iuramento posse substitutioni
- 16 renuntiare, cum non renuntiet successioni ab intestato ipsi debitae, sed a proveniente hominis dispositione desistat: nec renuntiatio illius est aliud quam pactum de conservanda successione venientibus ab intestato.
- 17 Transeamus jam ad pactum de *succedendo*, quo quis alicujus successionem adquirere vult. Non valet

hoc pactum, quum votum inducat captandae mortis, & auferat testandi libertatem: idque quamvis recipro- cum inter duos, pluresve, aut juramento munitum fuerit. Ex *lege* tamen 33. *tit. 11. Part. 5.* pactum recipro- cum *de succedendo* bene inter milites sustinetur dum sunt in expeditione, cum facultate tamen ab ipso cum velint discedendi, ne dictam auferat libertatem. Ex his facile deciditur quaestio illa. ? Si duo invicem promittant (Petrum v. g.) instituere haeredem, eorumque qui primus moriatur ita fecisset, non autem superstes, an ex hoc institutio primi revocetur? Si enim Petrus, cum quo nihil est actum, non peccavit, nulla est ratio cur delata, & acquisita privetur haereditate.

Contraria plane se habent in pacto *de futura* quod dicitur *conservanda*, quum ipsum exprese approbet prima pars *nostrae legis*, dum firmat promissionem patris, aut matris publica scriptura confectam, in idque dispositam, ut nullus filiorum melioretur, aut descendendum. Ergo si maritus uxori promiserit se non substituturum pupillariter filiis, valet promissio; cum ita mater legitimam filiorum conservet potius, quam quidquam de novo adquirat: nec pactum hoc secundo ipsa nubens extinguitur. Secunda pars *nostrae legis* sustinens pactum patris cum filia de ipsa melioranda matrimonii causa, correctam (ut diximus) jacet *lege Ma- drititia 1. tit. 2. libr. 5. Recop.* qua talis melioratio inter vivos prohibetur, quin & testamento si pro dote, aut per viam contractus, dotis nomine fiat. Aufert sane quodam modo pactum praesens de *futura conservanda successione* testandi libertatem, sed & hoc potest lex facere.

Quae-

- 22 Quaeres: Si Mortuo cui facta promissio de non me-  
liorando fuit, aut a filio remissa, potest pater quem  
23 velit meliorare? Resp. Utique: nullum jus enim coete-  
24 ris filiis ex tali pacto quaesitum fuit: quod procedit etsi  
qui remiserit filios aut descendentes habeat. Si tamen  
81 filius cui fuit facta promissio, vivente patre moriatur  
cum filiis aut descendantibus, adhuc tunc vivit pactum,  
nec avus (respective) alios poterit meliorare, cum mortui filii in locum, & jus sui patris succedant.
- 25 Quaer. Si pater, vel mater promisit meliorare unum ex filiis, & talis filius pactum remitat, potest pater alium meliorare? Resp. Utique: nisi filius moriatur in vita patris, & ex se reliquerit descendentes: & hoc casu, nec unum ex nepotibus avus poterit meliorare; omnes enim isti ad portionem quam eorum esset habiturus pater aequaliter ex repraesentatione ad-  
26 mituntur. Promissio de non meliorando (ut hoc obiter addamus) non obstat parenti ut de Quinto disponat, ne remaneat intestabilis.
- 27 Quaer. Si pater, vel mater alicui tertio promiserit non meliorare aliquem ex filiis, poterit nihilominus meliorare nepotes? Resp. Non, cum & isti filiorum appellatione comprehendantur, saltem si ex causa one-  
28 rosa promissio fuit facta. Nota: Licet scriptura publica desideretur, ut pactum fiat de non meliorando, si casu deperdita sit, admititur probatio testium, qui de casu omissionis, tenore scripturae, ipsamque substantia-  
29 lia habuisse deponant, argumento *leg 41. infra*. Nota aequae, quod si pater unum ex filiis, cujus nomen expressit, non meliorare promissit, hoc non impedit quominus alium melioret: actus enim agentium non
- ope-



operantur ultra eorum intentionem.

Superst nunc pactum de *futura successione certo modo dividenda*, quod quidem, quamvis juratum, non valet, nisi ille forte de cujus successione tractatur consentiat, & in eadem voluntate usque ad mortem perseveraverit. Quamvis ergo filius vel filia cum juramento paternae haereditati renuntiasset aliorum fratrum favore, poterit, quin iuramentum obstet, patri succedere si in eadem non duraverit voluntate. Observa: Pactum istud a pacto de *non succedendo* (cujus naturae est semper respectu patris) differre, quod praesens, aliorum fratrum, aut futurorum haeredum fit manibus; hoc vero patris manibus. Observa etiam: Pactum de *futura successione certo modo dividenda* valere, quum interponitur super haereditate incertae personae, ut accidit in his qui societatem ad bonorum futurorum communionem contrahunt: valet aequè cum de alicujus debiti remissione agitur, veluti si cum paternis creditoribus paciscatur filius, ut postquam ad ipsum haereditas perveniat ab eis non conveniatur. Sed hic oritur dubium: An possit debitores patris, eo vivente, filius liberare? Dicendum posse favore liberationis, dum haec tamen ex causa onerosa interponatur.



## LEX XXIII. TAURI.

VII. TIT. VI. LIBR. V. RECOPI.

## LET XXIII.

„ Quando el padre, ò la madre por contrato entre  
 „ vivos, ò en otra postrimera voluntad, ficiere  
 „ , à alguno de sus fijos, ò descendientes algu-  
 „ na mejora del *Tercio* de sus bienes, que la tal mejo-  
 „ ra aya consideracion à lo que sus bienes valieren al  
 „ tiempo de su muerte, y no al tiempo que hizo la  
 „ dicha mejora.

¶ EX ista *lege* deducitur, quod melioratio Tertii debet  
 aestimari respectu habito ad tempus mortis, non  
 ad ipsius meliorationis: ratio est, quia valor legitimæ  
 in tempus illud differtur, & Tertium ex *leg. 9. tit. 5.  
 libr. 3. For. II.* dicitur legitima respectu filiorum cum  
 non possit extraneo relinqui. Idem tempus debet consi-  
 derari in qualibet donatione (quæ ex *leg. 26. infra* vim  
 habet meliorationis) ut dicatur inofficiosa. Limita ta-  
 men in singulari casu *legis 29. infra.*



## LEX XXV. TAURI.

## VIII. TIT. VI. LIBR. V. RECOPI.

## DE MELIORAT. FACTA TESTAM. NULLO.

## LET XXIV.

„ Quando el Testamento se rompiere, ò anuláre  
 „ por causa de pretericion, ò exheredacion, en  
 „ el qual hubiere mejora de *Tercio*, y *Quinto*,  
 „ no por eso se rompa, ni menos deje de valer el di-  
 „ cho *Tercio*, y *Quinto*, como si el dicho Testamen-  
 „ to no se rompiese.

**N**Otandum ex ista *lege*, quod rupto, vel nullo  
 facto testamento ex causa praeteritionis, aut  
 exhaeredationis, non ideo ruit melioratio Tertii, &  
 Quinti in eo contenta: dum tamen praeteritio facta  
 fuisset scienter, & melioratio instituto filio facta; se- 2  
 cus si ignoranter, aut si ipsi praeterito vel exhaereda- 3  
 to filio qui testamentum oppugnavit.

Quaer. ¿Melioratio Tertii, & Quinti per viam 4  
 institutionis relicta, conservatur testamento ex causa  
 praeteritionis nullo facto? Resp. Utique: quia dispositio  
 patris, vel matris erga filios, etiam respectu solemnitatis  
 invalida, debet ab intestato servari. Non tamen ut  
 filius sit melioratus praeter Tertium, & Quintum (cum  
 coeteris ab intestato succedens) integram legitimam  
 consequatur; sed quod in effectum (residuum Tertii, &  
 Quinti accipiens) Tertium, & Quintum habeat suc-  
 cedendo ab intestato: atque ita omnes fratres aequa-

liter succedent, sed quod superst legitimae per viam praelegati meliorato restituere tenentur. Idem similiter dicendum si non institutionis via, sed legati, aut fideicomissi melioratio relicta fuisset. Pro corollario nota: Ut conserventur legata destructo testamento non requiritur haereditatis aditio, nec ex testamento, nec ab intestato; licet enim nulla tum sit persona quae conveniri possit, Judex, aut Fiscus, vel bonis datus curator eam representant.

## LEX XXV. TAURI.

### IX. TIT. VI. LIBR. V. RECOP.

#### DE DEDUCTIONE TERTII, ET QUINTI.

#### LET XXV.

„**E**L Tercio, y Quinto de mejoria, fecho por el Testador, no se saque de las dotes, y donaciones „*propter nuptias*, ni de las otras donaciones que los hijos, ò descendientes trajeren à colacion.

1 **D**isponit *lex* praesens, quod Tertium, & Quintum non deducantur ex donatione propter nuptias, vel qualibet alia ab aliquo ex filiis collata, sed ex aliis bonis. Ratio est, quia melioratio tantum respicit bona quae pater, vel mater tempore mortis possidet, *leg. 19. & 23. supra*: & licet ad bona futura extendatur, ad ea tantum quae vere patris, aut matris tempore mortis fuerunt.

## LEX XXVI. TAURI.

## X. TIT. VI. LIB. V. RECOP.

## LET XXVI.

„**S**I el padre, ò la madre en testamento, ò en otra  
 „ cualquier ultima voluntad, ò por otro algun  
 „ contrato entre vivos ficieren alguna donacion à algu-  
 „ no de sus fijos, ò descendientes; aunque no digan  
 „ que lo mejoran en el *Tercio*, y *Quinto*, entiendase  
 „ que le mejoran en el *Tercio*, y *Quinto* de sus bienes;  
 „ y que la tal donacion se cuente en el dicho *Tercio*,  
 „ y *Quinto* de sus bienes en lo que cupiere, para que  
 „ à él, ni à otro no pueda mejorar mas de lo que mas  
 „ fuere el valor del dicho *Tercio*, y *Quinto*: y si de ma-  
 „ yor valor fuere, mandamos que vala fasta en la  
 „ cantidad del dicho *Tercio*, y *Quinto*, y *Legitima* de  
 „ lo que debian haber de los bienes de su padre, y  
 „ madre, y abuelos, y no en mas.

## LEX XXVII. TAURI.

## XI. EOD. TIT. ET LIBR.

## LET XXVII.

„**M**Andamos, que quando el padre, ò la madre  
 „ mejoráren à alguno de sus fijos, ò descen-  
 „ dientes legitimos en el *Tercio* de sus bienes en tes-  
 „ tamento, ò en otra cualquier ultima voluntad, ò por  
 „ contrato entre vivos; que le puedan poner el grava-  
 men



„men que quisieren, asi de restitution, como de fi-  
 „deicomisso, y facer en el dicho *Tercio* los vinculos,  
 „y sumisiones, y substitutiones que quisieren; con  
 „tanto, que lo fagan entre sus descendientes legiti-  
 „mos; y à falta dellos, que lo puedan facer entre sus  
 „descendientes ilegítimos que ayan derecho de los po-  
 „der heredar; y à falta de los dichos descendientes,  
 „que lo puedan facer entre sus ascendientes; y à fal-  
 „ta de los susodichos, puedan facer las dichas sumi-  
 „siones entre sus parientes; y à falta de parientes, en-  
 „tre los estraños: y que de otra manera, no puedan  
 „poner gravamen alguno, ni condicion en el dicho  
 „*Tercio*. Los quales dichos vinculos y sumisiones, ora  
 „se fagan en el dicho *Tercio* de mejora, ora en el  
 „*Quinto*, mandamos que valan para siempre, ò por  
 „el tiempo que el testador declaráre, sin facer dife-  
 „rencia de quarta, ni de quinta generacion.

## LEX XXVIII.

XII. EOD. TIT. ET LIBR.

## LET XXVIII.

„**L**A Ley del *Fuero* que permite, que el que tu-  
 „viere fijo, ò descendiente legítimo, pueda ha-  
 „cer donacion fasta la quinta parte de sus bienes, y  
 „no mas: Y la otra Ley del *Fuero* que asimismo per-  
 „mite, que puedan mandar, teniendo hijos, ò descen-  
 „dientes legítimos, al tiempo de su muerte, la quinta  
 „parte de sus bienes; se entienda, y platique, que  
 por

„ por virtud de la una Ley , y de la otra , no pueda  
 „ mandar el padre à ninguno de sus hijos , ni descen-  
 „ dientes , mas de un *Quinto* de sus bienes en vida , y  
 „ en muerte.

**Q**uarum prima ait: Quod quaelibet donatio filiis a patre vel matre facta , per viam meliorationis relicta censetur ; & si talis sit ut Tertium , & Quintum superet , destruat in superstitie.

Secunda statuit: Quod filius in Tertio melioratus potest in ipso gravari , primo favore descendendum legitimorum , secundo illegitimorum , tertio ascendendum , quarto consanguineorum , & his deficientibus in ter extraneos , alias gravamen non subsistit.

Tertia constituit , quod non possit pater , aut mater legare , nec in vita , nec in morte ulli ex liberis , aut descendentibus ultra quintam bonorum suorum partem. Pro ampliori harum legum intelligentia *vid. leg. 17. supr.*

## LEX XXIX. TAURI.

### III. TIT. VIII. LIBR. V. RECOP.

## LEX XXIX.

„ **Q**uando algun hijo , ò hija viniere à heredar , ò  
 „ partir los bienes de su padre , ò de su madre ,  
 „ ò de sus ascendientes , sean obligados ellos , y  
 „ sus herederos à traer à colacion , y particion la dote , y  
 „ donacion *propter nuptias* , y las otras donaciones que  
 „ huvieren recibido de aquel , cuyos bienes vienen à he-  
 „ re-

„redar. Pero si se quisieren apartar de la herencia, que  
 „lo puedan hacer; salvo si la tal dote, ò donaciones  
 „fueren *inoficiosas*: que en este caso mandamos, que  
 „sean obligados los que las recibieren, ansi los hijos,  
 „y descendientes, en lo que toca à las donaciones, cõ-  
 „mo las hijas, y sus maridos, en lo que toca à las do-  
 „tes (puesto que sea durante el matrimonio) à tornar  
 „à los otros herederos del testador aquello en que son  
 „*inoficiosas*, para que lo partan entre sí. Y para se de-  
 „cir la tal dote *inoficiosa*, se mire à lo que excede de  
 „su *Legítima*, y *Tercio*, y *Quinto* de mejoría, en ca-  
 „so que el que la dió podia hacer la dicha mejoría  
 „quando hizo la donacion, ò dió la dicha dote, habien-  
 „do consideracion al valor de los bienes del que dió, ò  
 „prometió la dicha dote, al tiempo que la dicha dote  
 „fue constituida, ò mandada, ò al tiempo de la muer-  
 „te del que dió la dicha dote ò la prometió, do mas  
 „quisiere escoger aquel à quien fue la dicha dote pro-  
 „metida, ò mandada. Pero las otras donaciones que se  
 „dieren à los hijos, mandamos, que para se decir *inofi-*  
 „*ciosas*, se haya consideracion à lo que los dichos bie-  
 „nes del donador valieren al tiempo de su muerte.

¶ PRO hujus legis intelligentia sciendum. I. Quid sit Collatio. II. Quae sit ratio inductiva collationis. III. Quae personae confere teneantur, & quibus sit conferendum? IV. Quae bona sint conferenda. V. Quae requirantur ut locum habeat collatio. VI. Qualiter sit conferendum, & quibus remediis conferre quis compellatur.

Ad I. dic. Quod collatio sumpta pro contributione

bo-

bonorum propriorum est: *Rei propriae in commune latitio pro hæreditariis portionibus dividenda.*

Ad II. dic. Quod ratio inductiva collationis fuit 2  
propter discordiam, & invidiam inter fratres evitan-  
dam, *leg. 4. tit. 15. Part. 6.* cum jure naturæ aequa-  
les esse debeant in successione. Habet autem locum col- 3  
latio, ad differentiam juris veteris, etiam in successione  
ex testamento. Et quamvis liberum sit patri filiis quid-  
quid voluerit donare aliorum legitimam non tangente; 8  
& donatio a patre filio facta, pro melioratione censea-  
tur ex *leg. 26. supra*: tamen locum habet collatio in do-  
nationibus istis, cum non omnes, nisi in quibus vehe-  
mens meliorationis præsumptio cadit, meliorandi via  
factae censeantur. Nota tamen: quod semper filius præ- 4  
cipuum habet quidquid testamento patris ipsi relinqui-  
tur, collatio enim tantum de in vita donatis procedit.  
Unde, licet inaequaliter filii instituti sint testamento, 5  
semper in vita patris ab ipso accepta debent conferre,  
ut in hic saltem aequalitas conservetur. Unum tamen  
est: quod si filius (coeteris universaliter institutis) ali-  
quis in re certa institutus fuerit, vel sit ei legatum re-  
lictum quod acceptavit, hoc casu non tenetur conferre; 11  
capit enim sicut extraneus: sed si omnes in rebus cer-  
tis fuerint instituti (cum pro universaliter tunc institu-  
tis habeantur) habebit locum collatio.

Ad III. dicendum: Quod omnes descendentes quibus 6  
ab intestato debetur legitima conferunt inter se succe-  
dendo ascendentibus, nulla sexus aut potestatis facta  
differentia. Ergo si pater filium, & ex eo nepotem hæ-  
redes instituat non habebit locum collatio, cum ab in-  
testato nepoti legitima non debeatur vivo patre suo.

- 7 Ergo non tenetur conferre filius qui juramento paternae haereditati renuntiavit, si a patre post institutus fuerit, cum ipsi ab intestato legitima non debeatur. Ergo nepos natus ex exhaereditato filio non tenetur conferre ab avo institutus ob eandem rationem. E contra conferunt filius suus, & emancipatus, sive cum alio filio suo, sive cum emancipato haeredes instituantur: Conferunt aequè legitimi, & adoptivi, & nepotes
- 8 (mortuis qui eos praecedebant parentibus). Non tamen tenentur conferre filii naturales tantum, sive soli, sive cum aliis legitimis succedant.
- 9 Quaer. Inter ascendentes succedendo descendentibus habet locum collatio? Resp. Non habet: est enim collatio de genere prohibitorum, quae non habent locum si non caveatur. Atque ita nec inter consanguineos collaterales, nec inter extraneos ex testamento succedentes, nec cum filii cum extraneis simul sunt instituti.
- 10 Ad IV. dicendum: Quod illa tantum bona conferuntur quae descendentibus ex substantia illius de cujus successione tractatur provenerunt. Unde bona castrensia, vel quasi non conferuntur, nec adventitia proprio
- 11 labore, vel ex alia persona acquisita. Nec hinc inferas omnia bona profectitia conferri, sed illa tantum quae in legitimam computantur (NOTA. *In materia collationis, etiam dicuntur profectitia, bona quae a matre, vel ejus linea proveniunt.*) id est, donationes ob causam
- 12 factae, non simplices. Ex quibus sequitur, dotem, donationem propter nuptias, datum filiae ut Religionem
- 14 ingrediatur, & quidquid matrimonii causa, ut vestes, arrhae &c. donatum est, conferri debere: non tamen sumptus nuptiarum causa facti in conviviiis, cum ad patrem,



trem, & ejus honorem spectent. Adverte tamen, quod 15  
 si vestes, & dos vere aestimatae fuerunt, sufficit si aestimatio conferatur. Ex his omnibus dubium oritur: an 16  
 expensae pro filio in studio factae sint conferendae? Et ducedum non conferri, cum pro alimentis sint factae, & quasi quid castrense censeantur, *leg. 5. tit. 15. Part. 6.* si tamen aliqua bona filii apud se retinebat pater, repetere potest; quim & conferri debent, si protestatus fuit quod erogabat animo computandi in legitimam, sicut & cum magna oritur ex non conferendo inaequalitas inter fratres, aut filius in literis non profecit: impensae tamen quas domi factururus esset pater cum ipso ratione scilicet victus, & vestitus, non conferuntur, etsi pater fuisset contrarium protestatus, sunt enim de necessitate.

Quaeres: Libri conferuntur? Resp. Non conferuntur 17  
 tur, nisi protestentur, *leg. 5. tit. 15. Part. 6.* Adverte: patrem non teneri ministrare sumptus filio studere volenti; licet enim filiis alimenta praestare teneatur, domi, non alibi. In disciplinam tamen grammaticalem obligabitur si filius sit aptus; non vero ut studii cursum consummet, nisi forte sit dives; quae obligatio, mortuo patre, ad filios scholastici fratres non transit.

Quaer. Si pater, vel mater pro redemptione filii 19  
 ab hostibus aliquid expendit tenetur iste id conferre? Resp. Non, cum ob pietatem sit factum: idem dicendum si propter maleficiū filii quidquam solvisset pater, nisi tanquam illius fidei ussor id fecerit, cum ex necessitate solutum videatur; aut filius haberet bona adventitia, quaeque pater administrasset, ex illis enim solvisse intelligitur.

- 21 **Quaer.** Militia quam pater emit filio debet conferri? **Resp.** Aut militia (hic pro militia intellige *dignitatem*, seu *quodlibet publicum officium ex quo annuatim aliquod commodum percipitur*, est talis ut vendi non possit, nec ad haeredes transmitti, & tunc non confertur; aut potest transmitti, & tunc confertur; licet gratis, & precibus suis pater, vel mater officium illud adquisivisset. Quum dicimus militiam conferri, de ipsius loquimur aestimatione quae aestimari debet attento tempore mortis patris, vel matris; nisi forte non ipsa militia filio tradita fuisset, sed certa pecunia ad eam comparandam, quae tantum debet conferri tunc.
- 22 **Quaer.** Si donatio filio facta fuit propter beneficia merita confertur? **Resp.** Non, est enim debiti solutio; dum merita sint condigna, & a filio probentur: non enim sufficit jurata patris confessio cum de praejudicio tertii agatur, sufficiet solum, ut, salva aliorum legitima, valeat donatio.
- 23 **Quaeres.** Lucrum quod filius adquisivit de bonis parentum debet conferri? **Resp.** Si totum lucrum adquisitum à filio de bonis parentis exivit, utique; secus si totum proprio labore filii, dum constet; & in dubio dimidium (quod patri attribuitur) conferre debet, *leg. 3. tit. 15. Part. 6.* Hinc sequitur, quod si filius bona patris administrasset, potest petere salarium arbitrio Judicis moderandum, quodque habebit praecipuum cum eo quod proprio quaesivit labore, ut si esset alterius famulus: cujus autem sic acquiritur ususfructus, ad patrem, eo vivente, pertinet.
- 24 **Quaer.** Si filius res patris dilapidavit, vel vivo patre res alias subripuit, mortuo patre, tenetur conferre?

**Resp.**

Resp. Si erat emancipatus, utique : si autem in potestate, possunt fratres, vel alii haeredes remedio compensationis, aut retentionis id consequi.

Quaer. ? Donatio simplex facta à patre confertur? 26

Resp. Non, quia cum morte confirmetur, vim relicti, & ultimae voluntatis habet, quod non confertur : nisi forte contrarium pater dixisset, aut inequalitas inter filios emergerit, *leg. 4. tit. 15. Part. 6.* Si autem talis donatio facta fuerit filio emancipato debet conferri, cum statim valeat. Quum autem donatio facta est a matre, vel ascendente ex linea materna, licet statim valeat, non confertur nisi dictis casibus, protestationis scilicet donantis, & inaequalitatis. Advertendum tamen, quod protestationi usque ad extremum vitae exitum locus patet respectu patris ; mater, ascendensve ex ejus linea tantum donationis tempore id facere potest, postea enim jam jus quaesitum patri ab eo nequit auferri. Notandum aequè, quod si tantum donatum fuit, quantum ipsa valet legitima debet conferri ; secus si plus, minusve ; quia ita praesumimus voluisse patrem.

Quaer. ? Si pater remitat filio usumfructum bonorum adventitiorum, tenetur iste fructus perceptos, eorumve aestimationem conferre? Resp. Non, quia remissio illa non est donatio : idque, sive in perpetuum, sive simpliciter remitat pater. Si vero non remiserit, sed filio peculii fructus percipere permisisset, pro tempore illo quo tacuit donatio valebit.

Hodie de jure Regio quaelibet donatio filio facta, sive in potestate, sive emancipato, sive a patre, sive à matre, vel ejus linea, praecipua habetur, dum Tertium, & Quintum non excedat, quum ex *leg. 26. supra*

in

in ipsa filius melioratus intelligatur. Dotes tamen , & donationes *propter nuptias* conferuntur ideo , quia donationes ob causam sunt. Ergo maneat in hac donationum materia , quod si donatum sit filio tantum , quantum ipsa valet legitima , donatio confertur ; si autem plus , aut minus , in Tertio melioratus censetur ; sed si donatum , Tertium quoque superat , in Quinto ; & si hoc denique excedit , in Legitima computatur , & quod superst confertur.

31 Ad V. dicendum : Quod ut locum habeat collatio requiritur. 1. Quod illi qui conferunt , & qui collationem petunt sint de liberis , & descendentibus illius de cujus successione tractatur , licet nihil interst tanquam agnati , vel cognati succedant. 2. Quod succedant titulo universali , non particulari legati , aut fideicommissi , nisi ex tali legato , fideicommissove resultaret *inofficiosa* donatio. 3. Quod bona procedant de patrimonio illius de cujus haereditate agitur. 4. Quod illud quod petitur conferri , sit acquisitum in vita illius de cujus successione tractatur. 5. Quod illi inter quos agitur , sint tales quibus ab intestato debeatur legitima. 6. Quod  
32 filius , vel descendens velit succedere , secus si se abstineat : nisi forte quod à patre accepit , legitimam aliorum  
33 filiorum tangat ; (Tertium , Quintum , & Legitimam excedendo) tunc enim residuum illud , etiam succedere nollens , conferre tenetur , *leg. nostr.* & 4. *tit. 15. Part. 6.*

34 Quaer. 3 Si filia immensam dotem accepit , tenetur residuum conferre casu quo se abstineat ? Resp. Utique , adhuc constante matrimonio , *leg. nostra.* Nota , quod  
35 tempus in quo debet fieri computatio bonorum , ut donationes parentum *inofficiosa* dicantur , est mortis tempus ,

pus, ut in *fin. nostr. legis*. In dote tamen facultas ex ipsa lege datur marito ut eligat, vel tempus dotis datae, vel mortis: unde si donatio tempore quo fuit facta *inofficiosa* fuit, & postea ita bona crevere, ut valere possit, non retractabitur, quia tempus mortis inspicitur: e contra, si ab initio fuit valida, postea autem decreverunt bona, valebit in quantum non sit *infficiosa*.

Ad VI. dicendum: Quod tribus modis confertur: 36  
 1. per *liberationem*, cum illud quod debet conferri est promissum, sed non traditum, nec solutum. 2. *In medium adducendo*, quum traditur scilicet quod debet conferri. 3. *Tantum minus accipiendo*, cum scilicet quod debet conferri non est collationis tempore in potestate conferre debentis, ut accidit in filia, cujus dotem maritus possideat: circa quam notabis, quod soluto matrimonio quum dos apud filiam sit, tenetur illam conferre in aestimatione quae sit tempore mortis patris, & res ipsas dotales quales eo tempore sint, non earum aestimationem, nisi fuissent ipsi tradite aestimatione quae facit emptionem, & tali aestimationi filia ipsa, & coeteri fratres consenserint. Jus istud conferendi, ut hoc obiter addamus, transit tan *active*, quam *pasive* ad haeredes, cum jus quaesitum reputetur. 37

Sed quia plurimum assimilatur *computationi*, quae 38  
 fit in legitima filiorum, materia nostra, de ipsa aliquid praelibavimus. Est, igitur, computatio, *alicujus rei, vel quantitatis donatae in legitimam, vel partem ejus assumptio*; fitque tantum in sequentibus casibus. 1. Cum filius institutus sit in mibus quam legitima; tunc enim ne agat ad supplementum tenetur computare donatum in vita à patre, matre, vel ascendente. 2. Quum a patre



in ipsa legitima instituitur, debet enim computare donata. 3. Cum filius fuit ex justa causa exhaeredatus, quae tamen ab haeredibus probari non potuit, ut enim à querela excludatur debet dicta computare. 4. Cum filius, vel filia in ipsa dote instituitur vel donatione, debet dicta computare. Computantur autem donationes factae ob causam, & simplices quae morte confirmantur: differtque computatio à collatione, quod illa tantum locum habet ex testamento, idque sive filius cum aliis filiis, & descendantibus succedat, sive cum extraneis. Nota tamen, ascendentem cui minus quam legitima per descendantem relictum fuit, non teneri donatum, aut relictum computare, cum non conferat.

40 Quær. 2. Donatio *propter nuptias*, vel quid aliud sua natura computabile, computatur nepotibus in legitima sicut suis parentibus computaretur casu, quo minus quam legitima ipsi relictum sit? Resp. Utique, cum ex persona haeredum obligationis conditio non mutetur: idque sive nepotes cum aliis nepotibus succedant, sive cum patruis; sive pater, materve eorum emancipata fuerit, nec ne.

41 Quær. denique. 3. Si avus dotem, donationem *propter nuptias*, vel quid aliud computabile nepoti, vel nepti (vivente patre) dedit, computabitur hoc ab ipso patre succedendo avo patri suo? Resp. Si illius contemplatione nepoti donatum fuit, utique; secus si non, ut in dubio fuisse praesumimus: & hoc casu, nec nepos conferre tenetur, sive avo, mortuo patre suo, succedat, quia ex persona patris succedit, qui non tenebatur computare; sive suo patri cum fratribus, quia non fuit acquisitum de substantia ejus de cujus agitur successione.

## LEX XXX. TAURI.

XIII. TIT. VI. LIBR. V. RECOP.

DE IMPENSIS FUNERIS.

## LEX XXX.

„**L**A cera, y Misas, y gastos del enterramiento,  
 „ se saquen, con las otras mandas graciosas, del  
 „ Quinto de la hacienda del testador, y no del cuerpo  
 „ de la hacienda, aunque el testador mande lo contrario.

**S**Ciendum ex ista *lege*, quod funeris impensae de  
 Quinto debent deduci, etsi testator disposuisset  
 contrarium; liberis scilicet extantibus, ne earum de-  
 minuatur legitima. Et quidem si ita parva sint bona,  
 ut vix ad sumptus, & funeris impensas sufficiant, ea-  
 rum solutio quocumque alio debito, & ipsi legitimae 1  
 filiorum praefertur. Nota tamen impensas fieri debere  
 secundum qualitatem personae, & loci consuetudinem.  
 Pro impensa funeris (quod notabis aequè) intelligitur  
 etiam expensum pro salute defuncti in infirmitate ex  
 qua decessit; & pro insinuatione, traditioneque testa-  
 menti. Sed ubi quis sine liberis ab intestato moritur,  
 de toto haereditatis corpore praedictae deducantur ex-  
 pensae. 2

M

LEX

## LEX XXXI. TAURI.

V. TIT. IV. LIBR. V. RECOP.

DE FACULTATE COMMISSARIIL.

## LEX XXXI.

„**P**OR que muchas voces acaesce , que algunos por  
„ que no pueden , ò por que no quieren hacer sus  
„ Testamentos , dan poder à otros que los hagan por  
„ ellos ; y los tales Comisarios hacen muchos fraudes,  
„ y engaños con los tales poderes , estendiendose à mas  
„ de la voluntad de aquellos que se los dan : por ende,  
„ por evitar los dichos daños , ordenamos, y mandamos,  
„ que de aqui adelante el tal Comisario no pueda por  
„ virtud del tal poder hacer heredero en los bienes del  
„ testador , ni mejoría del Tercio , ni del Quinto , des-  
„ heredar à ninguno de los hijos , ò descendientes del  
„ testador , ni les pueda substituir vulgar , ni pupilar,  
„ ni egemplarmente , ni hacerles substitucion alguna de  
„ qualquier calidad que sea , ni pueda dar tutor à nin-  
„ guno de los hijos , ò descendientes del testador ; sal-  
„ vo si el que le dió el poder para hacer testamento,  
„ especialmente le dió el poder para hacer alguna cosa  
„ de las susodichas , en esta manera : El poder para ha-  
„ cer heredero , nombrando el que dá el poder por su  
„ nombre à quien manda que el Comisario haga here-  
„ dero ; y en quanto à las otras cosas , señalando para  
„ qué le dá el poder : y en tal caso , el Comisario pue-  
„ da hacer lo que especialmente el que le dió el poder  
„ señaló , y mandó , y no mas. Cau-

**C**Autum hac *lege*, ne illi quibus commissa fuit testamenti ordinatio meliorationem faciant in Tertiō, & Quinto, aut haereditatem, aut substitutionem, tutoremve assignent, nisi illis ad haec data fuerit specialis facultas, & a testatore nominatus haeres.

Pro cuius declaratione sciendum: quod à jure repro-  
batur dispositio quaelibet per quam decipi potest  
testator suam ultimam voluntatem alicui committendo,  
*leg. nost. & 11. tit. 3. Part. 6.* Unde I. sequitur, quod si  
commisit testator alicui, ut quem velit haereditatem insti-  
tuat, erit nulla talis dispositio: idem dicendum, etsi tes-  
tator nomen haereditatis expresserit, dum addat si *Sextus*,  
aliusve voluerit; hoc tamen non addito tenet ex *nostr.*  
*leg. dispositio. II.* Quod legatum, aut fideicommissum in  
omnimodam alterius (qui legatarius non sit) volunta-  
tem relictus, non tenet. Contrarium accidit in contrac-  
tibus, qui bene in alterius arbitrium possunt conferri.  
Adverte tamen, quod electio incertae personae de cer-  
tis, bene potest alteri committi: ergo poterit pater al-  
teri committere meliorandi unum ex suis filiis faculta-  
tem; & quilibet poterit committere amico facultatem  
bona sua inter pauperes dividendi.

Quaer. Si filio commisit pater facultatem melio-  
randi, & morte praeventus non melioravit, intelligitur  
meliorasse se ipsum? Resp. Non, hoc enim voluntatis  
declarationem requirit.

Quaer. Potest per legem absolute disponi ut *cap-  
tatoria* valeat voluntas? Resp. Utique, quim & con-  
suetudine: ita ex nostra *lege* vidimus in pupillari sub-  
stitutione; ad pias causas, & favore libertatis jam pridem  
introducitur.

- 6 Quaer. ¿Foemina poterit esse Commissaria? Resp. Utique, cum possit exequi testamentum. Pro colophonne nota: Commissarium non posse alteri commissionem mandare, quum enim actus sit nudi ministerii, nequit per alium explicari.

## LEX XXXII. TAURI.

### VI. TIT. IV. LIBR. V. RECOP.

## LEY XXXII.

- „ Quando el testador no fizo heredero, ni menos  
 „ dió poder al Comisario que lo ficiese por él,  
 „ ni le dió poder para hacer alguna cosa de las  
 „ dichas en la Ley proxima, sino solamente le dió po-  
 „ der para que por él pueda hacer testamento; el tal Co-  
 „ misario, mandamos, que pueda descargar los cargos de  
 „ conciencia del testador que le dió el poder, pagando  
 „ sus deudas, y cargos de servicio, y otras deudas se-  
 „ mejantes, y mandar distribuir por el anima del tes-  
 „ tador la quinta parte de sus bienes, que pagadas las  
 „ deudas montáre; y el remanente se parta entre los  
 „ parientes que vinieren à heredar aquellos bienes *ab*  
 „ *intestato*: y si parientes tales no tuviere el testador,  
 „ mandamos, que el dicho Comisario, dejandole à la  
 „ muger del que le dió el poder lo que segun Leyes de  
 „ nuestros Reynos le puede pertenecer, sea obligado à  
 „ disponer de todos los bienes del testador por causas  
 „ pias, y provechosas à la anima del que le dió el po-  
 „ der, y no en otra cosa alguna.

Dis-



**D**isponit haec *lex*, quod si testator simpliciter dedit alteri facultatem testamentum sibi condendi, quod Commissarius tantum quintam bonorum partem potest inter pauperes, & ad pias causas erogare, solutis debitis, & coeteris conscientiam testatoris gravantibus: nam reliquum ab intestato successoribus restituere tenetur; sed si hi deficiant, de omnibus bonis poterit Commissarius disponere, etsi extet defuncti uxor, quum tunc locum non habeat successio ab intestato ex capite *unde vir*, & *uxor*. Debet tamen Commissarius uxori solvere dotem, arrhas, aut sponsalitiâ largitatem, & medietatem lucrorum.

Quum autem nec uxor stat, & quis facultatem dedit alicui de bonis suis disponendis, potest iste ea omnia inter pauperes distribuere (quin Fiscus admitatur) inter pauperes, scilicet, domicilii testatoris. Denique, nisi aliud disponat testator, non finitur tempore facultas semel concessa.

## LEX XXXIII. TAURI.

VII. TIT. IV. LIBR. V. RECOP.

## LET XXXIII.

„**E**L Comisario para facer testamento, ò mandas,  
 „ ò para declarar por virtud del poder que tiene  
 „ lo que ha de facer de los bienes del Testador, no  
 „ tenga mas termino de quatro meses, si estaba al  
 „ tiempo que se le dió el poder en la Ciudad, Villa, ò Lu-

„ gar

gar donde se le dió el poder: y si al dicho tiempo  
 estaba ausente, pero dentro de estos nuestros Reynos,  
 no tenga, ni dure su poder mas de seis meses: y si  
 estuviere fuera de los dichos Reynos al dicho tiempo,  
 tenga termino de un año, y no mas; y pasados los  
 dichos terminos, no pueda mas facer que si el poder  
 no le fuera dado, y vengan los dichos bienes à los  
 que los havian de haber, muriendo el testador *ab in-*  
*testato*. Los quales terminos mandamos que corran  
 al tal Comisario, aunque diga, y alegue, que nunca  
 vino à su noticia que el tal poder le havia sido dado:  
 pero lo que el testador le mandó señalada, y deter-  
 minadamente, señalando la persona del heredero, ò  
 señalando cierta cosa que havia de facer el tal Comi-  
 sario, mandamos, que en tal caso el Comisario sea  
 obligado à lo facer; y si pasado el dicho termino no  
 lo ficiere, que sea habido como si el tal Comisario lo  
 ficiese, ò declaráse.

**E**X ista *lege* notandum 1. quod Commissarius de-  
 bet suam exequi commissionem intra quatuor  
 menses dum sit in loco, ubi testator decessit; si autem  
 extra illum sit, atamen intra Regnum, ipsi sex men-  
 sium spatium conceditur, & si extra Regnum sit, an-  
 nus. 2. Quod istud tempus currit, etsi Commissarius  
 ignorantiam alleget commissionis. 3. Quod tempore  
 transacto, nihil disponere poterit Commissarius: & si  
 quid certum, & determinatum ipsi a testatore commis-  
 sum fuit, pro disposito habetur. Licet autem sit in  
 hunc modum tempus a lege praescriptum, potest testa-  
 tor illud ampliare, aut corrigere.

Ex dictis sequitur, non posse Commissarium moram purgare, quum enim in aliquo actu ponitur dies, & poena, non habet locum purgatio morae. Infertur etiam, quod non habebit locum restitutio, etiamsi Commissarius commissionis fuisset ignarus, idque sive major sit, sive minor, non enim ad utilitatem alterius locum habet restitutio.

## LEX XXXIV. TAURI.

VIII. TIT. IV. LIBR. V. RECOP.

## LEX XXXIV.

**E**L Comisario, por virtud del poder que tuviere para hacer testamento, no pueda revocar el testamento, que el testador havia hecho, en todo, ni en parte; salvo si el testador le dió poder para ello.

**D**isponit haec *lex*, quod ille cui facultas testandi pro aliquo commissa est, non potest committentis testamentum in totum, vel in partem revocare, nisi ad id specialiter electus fuisset. Ratio esse potest: quia sicut Commissarius nequit alteri testamentum facere, aut in suis bonis haeredem instituere absque mandato speciali; ita, e contra, nec factum revocare.

## LEX XXXV. TAURI.

## IX. TIT. IV. LIBR. V. RECOP.

## XER XXXV.

„**E**L Comisario no pueda revocar el testamento  
 „ que huviere por virtud de su poder una vez fe-  
 „ cho ; ni pueda despues de fecho facer Codicilo , aun-  
 „ que sea *ad pias causas* , y aunque reserve en sí el po-  
 „ der para lo revocar , ò para añadir , menguar , ò pa-  
 „ ra facer Codicilo , ò declaracion alguna.

**D**isponit haec *lex* , quod Commissarius qui virtu-  
 te commissionis testamentum ordinavit , non po-  
 test illud revocare , nec post codicillum facere etsi ad  
 pias causas sit ; idque quamvis reservasset facultatem re-  
 vocandi , augendi , minuendi , aut codicillum condendi.  
 x Ratio est , quia semel consummato à Commissario tes-  
 tamento , privatur jure , facultateque sibi concessa , si-  
 cut Judex delegatus postquam semel sententiam dixit.



## LEX XXXVI. TAURI.

X. TIT. IV. LIBR. V. RECOP.

## LEX XXXVI.

„ Quando el Comisario no hizo testamento, ni dis-  
 „ puso de los bienes del testador, por que pasó  
 „ el tiempo, ò por que no quiso, ò por que se  
 „ murió sin hacerlo; los tales bienes vengán derecha-  
 „ mente à los parientes del que le dió el poder que hu-  
 „ viesen de heredar sus bienes *ab intestato*: los quales,  
 „ en caso que no sean hijos, ni descendientes legitimos,  
 „ sean obligados à disponer de la quinta parte de los ta-  
 „ les bienes por el anima del testador; lo qual, si den-  
 „ tro del año, contado desde la muerte del testador,  
 „ no lo cumplieren, mandamos, que nuestras Justicias  
 „ los compelan à ello, ante las quales lo puedan de-  
 „ mandar, y sea parte para ello qualquiera del Pueblo.

**E**X hac lege XXXVI. colige sequentia. 1. Quod Com-  
 missarius qui intra tempus legitimum testamen-  
 tum non ordinavit, quia noluit, aut non potuit, non  
 potest postea facere, & haereditas venit proximiori ab  
 intestato. 2. Quod si illi quibus venit haereditas non  
 sint filii, nec legitimi descendentes ex eis, debent quin-  
 tam bonorum partem pro anima defuncti distribuere,  
 & si intra annum non faciant, possunt a Judice com-  
 pelli, cuilibet de populo data facultate denunciandi. No-  
 ta tamen, non habere locum hujusmodi dispositionem,  
 quum nullus est factus a testatore Commissarius, lo-



quitur enim *lex* in solo casu quo detur : Et hoc casu Judex etiam ex officio haeredes ab intestato compellere potest ad Quinti distributionem ; ratio est , quia in casibus in quibus quilibet de populo ad accusandum admittitur , in eisdem ex officio Judex intrare potest. Non tamen hinc inferas , quod casu quo haeredes ab intestato intra annum Quintum non distribuissent , deberi hoc ipso tota haereditate privari.

Quum praecipuus finis praesentis dispositionis favor sit piarum causarum , plurima ipsarum privilegia hic congerit Auctor quem vidē sis.

## LEX XXXVII. TAURI.

### XI. TIT. IV. LIBR. V. RECOP.

## LEX XXXVII.

„ Quando el testador nombrada , y señaladamente  
 „ hizo heredero , y hecho , dió poder à otro  
 „ que acabase por él su testamento ; el tal Co-  
 „ misario no pueda mandar mas , despues de pagadas  
 „ las deudas , y cargos de servicio del testador , de la  
 „ quinta parte de los bienes del testador ; y si mas  
 „ mandáre , que no valga , salvo si el testador especial-  
 „ mente le dió el poder para mas.

NOTA ex ista *lege*, quod si testator nominavit haer-  
 redem , & alicui commissionem dedit , ut ejus  
 testamentum absolveret , non potest iste nisi debita per-  
 solvere , & de quinta bonorum parte disponere , nisi  
 for-

forte testator ad alia specialem facultatem dedisset, tunc enim haec facere potest, & de majori parte disponere, ascendentibus, aut descendantibus non extantibus.

## LEX XXXVIII. TAURI.

## XII. TIT. IV. LIBR. V. RECOPIL.

## LET XXXVIII.

Quando el testador dejare dos, ò mas Comisarios, si alguno, ò algunos dellos, requeridos no quisiere, ò no pudieren usar del dicho poder, ò se murieren, el poder quede por entero al otro, ò otros que quisieren, y pudieren usar del dicho poder: y en caso que los tales Comisarios discordaren, cumplase y egecutese lo que mandare, y declarare la mayor parte dellos; y en caso que no haya mayor parte, y fueren discordes, sean obligados à tomar por tercero al Corregidor, ò Asistente, ò Governador, ò Alcalde mayor del Lugar donde fuere el testador; y si no huviere Corregidor, ni Asistente, ni Governador, ni Alcalde mayor, que tomen el Alcalde ordinario del dicho Lugar por tercero. E si muchos Alcaldes ordinarios huviere, y no se concertaren los dichos Comisarios, qual sea, en tal caso echen suertes; y el Alcalde à quien cupiere la suerte se junte con ellos, y lo que la mayor parte declarare, ò mandare, que aquello se guarde y egecute.

1 **Q**uum plures Commissarii (ait *lex* praesens) a  
 testatore designati sunt, omnes simul testamen-  
 tum ordinare debent: sed si unus non venerit re-  
 quisitus, potest actus per caeteros absolvi; qui si dis-  
 cordent in ordinatione testamenti, praevallet quod ma-  
 jor pars disposerit: sed quia aequales numero esse pos-  
 sunt, statuit *lex* nostra, quod casu quo tunc discor-  
 dent, eligant Judicem illius loci qui cum eis testamen-  
 2 tum disponat: & si plures ibi sunt Judices, unum eo-  
 3 rum eligant, si autem & in electione discordia sit,  
 4 ipsa sorti committatur; semel autem sorte facta non po-  
 5 test iterum sortiri, nec ab illius judicio appellari, quum  
 6 sors superiorem non cognoscat; non tamen sors habet  
 7 locum nisi in casibus a jure expressis, & cum in jure  
 dubium vertitur.

## LEX XXXIX. TAURI.

### XIII. TIT. IV. LIBR. V. RECOP.

## LET XXXIX.

„**E**N el poder que se le diere al Comisario para ha-  
 „cer todo lo susodicho, ò parte dello, interven-  
 „ga la solemnidad del Escrivano, y testigos, que segun  
 „Leyes de nñestros Reynos han de intervenir en los  
 „Testamentos; y de otra manera, no valan, ni hagan  
 „fè los dichos poderes.

**N**OTA ex ista *lege*: quod eadem solemnitas requiritur in commissione ad testamentum ordinandum, quae in isto desideratur: Quapropter si *nuncupative* Commissarius testetur, *nuncupative* commissionem habere debet, & *in scriptis*, si *in scriptis*. Ratio est, quia in consequenti eadem ratio militat ac in antecedenti.

## LEX XL. TAURI.

## V. TIT. VII. LIBR. V. RECOP.

## DE SUCCESSIONE IN MAJORATIBUS.

## LET XL.

„**E**N la sucesion del mayorazgo, aunque el hijo  
 „ mayor muera en vida del tenedor del mayor-  
 „ razgo, ò de aquel à quien pertenece; si el hijo ma-  
 „ yor dejáre fijo, ò nieto, ò descendiente legitimo, es-  
 „ tos tales descendientes del hijo mayor (por su orden)  
 „ prefieran al hijo segundo del dicho tenedor, ò de  
 „ aquel à quien el dicho mayorazgo pertenecia. Lo  
 „ qual, no solamente mandamos que se guarde, y  
 „ cumpla en la sucesion del mayorazgo à los descen-  
 „ dientes, pero aun en la sucesion de los mayorazgos  
 „ à los transversales: de manera, que siempre el hijo,  
 „ y sus descendientes legitimos (por su orden) repre-  
 „ senten la persona de sus padres, aunque sus padres no  
 „ hayan sucedido en los dichos mayorazgos; salvo si  
 „ otra cosa estuviere dispuesta por el que primeramente  
 „ constituyó, y ordenó el mayorazgo, que en tal caso

man-

„mandamos, que se guarde la voluntad del que lo ins-  
tituyó,

- 1 **E**ST igitur Majoratus, ut a definitione ordiamur:  
Quaedam dignitas, & praeerogativa cum succes-  
sione quam habet primogenitus in cognatione sua. Ejus ori-  
2 ginem absdubio possumus juri divino, & gentium ad-  
scribere, ut patet ex *Genes. cap. 25. in fin. & 27.* Con-  
3 sistit Majoratus in Regnis, Marchionatibus, Ducatu  
&c. & in bonis aliis particularium. Regnum a jure divi-  
no provenit, ut patet ex *Prov. 8.* licet formam accepe-  
rit a jure gentium, vel a legibus uniuscujusque populi,  
*legib. 1. & 9. tit. 1. Part. 2.* quapropter manet in  
4 populo non recognoscente superiorem facultas Regem  
sibi eligendi, *leg. 9. dict. tit. & Part.* Sed jam omnia fere  
5 regna per successionem deferuntur, & ita ratio postulat  
semel constituto regno, *leg. 8. 9. & 12. dict. tit. &*  
*Part.* Et quod magis est, licet in simplici successione  
cognati, collaterales usque ad decimum tantum gradum  
admittantur; in regia successione, vel alia quavis univer-  
sali usque in infinitum admittuntur, *leg. 8. dict. tit. & Part.*  
*& 2. in fin. tit. 15. Part. ead.* Item adde, quod suc-  
6 cessor in regno debet esse unicus; regnum enim divi-  
sum desolabitur; & si plures eodem sint gradu, major  
debet praeferrri, honestum enim est juvenibus ministra-  
7 re senioribus, ut ait Philosophus, & disponit *dict. l. 2.*  
*tit. 15. Part. 2.*  
8 Item debet esse masculus propter animi constan-  
tiam; eo tamen non extante, foemina admitti potest,  
ut vidimus in Reginis nostris *Isabella, & Joanna, leg.*  
9 *dict. 2.* Et si minor sit quatuordecim annorum, tutorem  
acci-



accipere debet, & curatorem si nondum ad XXV. annos pervenit; ratio est publica utilitas, & quia cum adhuc ea aetate fragile, & imperfectum consilium sit, non administraretur justitia, nec successor minor posset populum regere, coeteraque officii ipsius expedire. Privilegia quidem plurima (\*) supremo Principi competunt, leges condit, monetam fabricat, spurius legitimat, restituit, delictorum veniam concedit, sententias revocat, &c. Et ista privilegia summam potestatem spectantia nulli concedere intelligitur, etsi privilegia regalia ipsi concessisset.

Diximus: aliquando majoratum in titulo inferiori Magnatum consistere, ut Ducis, Marchionatus, vel similis: hi jura sua a Principe habent, & in suo territorio omnia illa exercent (salva semper suprema Principis potestate) ut Reges in Regno, *leg. 12. in fin. tit. 1. Part. 2.*

Quaer. Si Rex concessit alicui Villam, Oppidum, aut Castrum cum titulo Ducatus, aut alterius dignitatis, transit ad haeredes jure primogeniturae, vel dividitur inter ipsos? Resp. Transit jure primogeniturae, & sic filius major admitetur, ut in Regno (cujus membra sunt coeterae dignitates) accidit: unum tamen est, quod si jam bonis comparatis, titulum quis adipisceretur, dignitas ipso mortuo ut personalis expiraret, & inter haeredes

---

(\*) Portius *jura dixeris* jam semel Regnis, & eorum structis successionibus; quae accurate juris publici Scriptores in *immanentia*, & *transeuntia* dividunt. Et quidem quae hic numerantur, prioribus invenies adscriptos, quum a Principibus inter subditos continuo exercentur.

bona dividerentur, nisi in ipsis majoratum constituis-  
set.

- 13 Consistit etiam Majoratus in bonis personarum  
particularium: ut cum quis in bonis unitis, & ex dis-  
14 positione hominis vinculatis succedit, praemissa ad il-  
lud Principis auctoritate. Diximus *auctoritate Principis*,  
quia nemo quantumvis dominus per contractum inter  
vivos potest regulariter gravamem apponere *de non alie-*  
15 *nando*; esset enim contra naturam dominii ipsius pac-  
16 tum illud, quum in dispositione consistat. Quapropter,  
17 quamvis sic gravatus alienet, dominium transfert, tan-  
tumque tenebitur ad interesse. Sunt nihilominus casus  
aliqui, in quibus ex pacto *de non alienando* alienatio im-  
18 peditur. I. Quum ille, cui fuit facta promissio de non  
alienando reservat in re alienari prohibita jus aliquod si-  
bi, ut si pro pacti observatione jus hypothecae in ipsa  
imponatur, tunc enim dominii translatio impediatur, *leg.*  
19 *fin. tit. 5. Part. 5.* Ergo si proprietarius usufructuario  
promisserit non vendere, aut alienare, non operabitur  
alienatio: idem dicendum si census, aut emphyteusis in re  
alienari prohibita constituentur. Et quidem ut hypothe-  
cae jus, aut pignoris alienationem impediat, debet esse  
20 specialis; generalis enim, sicut nec servi manumissio-  
nem, ita nec alienationem excludit. II. Cum qui gra-  
vamem apponit *de non alienando*, addit clausulam ali-  
quam translativam possessionis ad casum quo gravatus  
alienet, ut accidit si quis constituatur nomine alterius  
possidere casu quo alienet: nam tunc, qui prohibitionem  
alienationis apposuit, dominus efficitur; & qui aliena-  
vit, ex clausula *constituti* possidebit. Ut tamen majorem  
firmitatem talis habeat prohibitio, optimum erit res in

con-

contractu contentas specialiter pro pacti observatione obligare. Sed advertendum, quod iste modus prohibitus alienationis per clausulam *constituti* tantum durat 21  
usque ad mortem alienare prohibiti, ut ipsum *consti-* 22  
*tutum*. Ergo si illius successor alienet, tantum ad inter- 23  
esse tenebitur; quoad hunc enim effectum ad haeredes 24  
transit *constituti* virtus ex obligatione defuncti.

Quandoque & Judicis auctoritas translationem do- 25  
minii, & alienationem impedit, ut vidimus in prodigo; 26  
vel propter litis pendentiam, aut aliquam suspicionem 27  
fugae. Extra hos casus, sola Judicis auctoritas, sicut 28  
nec dominium sine traditione potest transferre, ita nec 29  
ejus translationem impedire. Dubium est: & si in con- 30  
tractu donationis, aut alio quovis prohibitio alienationis 31  
apponatur, designata persona cujus contemplatione pro- 32  
hibitio fiat, an impediatur alienatio? Resp. Non impe- 33  
diri, & si gravatus alienet, tantum ad interesse tenebi-  
tur: & licet personae, in cujus contemplatione res fuit  
alienari prohibita actio mere personalis contra donata- 34  
rium, vel haeredes quaeratur, non tamen dominium,  
nec possessio. Est tamen quaedam lex notabilis *Partita-*  
*rum*, scilicet 7. tit. 4. Part. 5. quae in hoc casu dispo-  
nit, ut tempore transacto, dominium, & possessionem 35  
quaerat persona illa, in cujus favorem alienatio prohi-  
bita fuit. Ad eam, igitur, dicendum est: quod si perso- 36  
na illa designata, fuit ipse donator, ejusve haeres, op-  
time procedat, nam tunc cum rem donat, ut intra cer-  
tum tempus ipsis restituatur, in usufructu dari res in-  
telligitur; quare dominium, & civilis possessio semper  
apud ipsos remansit. Si autem persona sit quidam ter-  
tius, acquireretur ipsi dominium, & possessio mediante

- actione illa mere personali, quam in eum transferri diximus ex pacto donatoris; & qua etiam adversus tertium poterit agere ad rei consequitionem ex *dict. leg.*
- 29 (\*) Ex solo tamen donationis contractu haec actio personalis tertio quaeritur, non ex alio.
- 30 Quaer. 2. Si quis alicui fundum donavit hoc pacto, ut post mortem, vel certum tempus tertio restituat, poterit donator gravamem illud revocare, ut non restituatur? Resp. Non potest, quia semel jus quaesitum non potest auferri invito eo qui adquisivit: nec dubium est, quin tertius illud adquirat, ut patet ex *dict. leg. 7. tit. 4. Part. 5. & ex leg. 3. tit. 8. libr. 3. Ordinam.* qua caveatur, ut posit quis alteri obligari etiam absenti sine aliqua stipulatione dum constet de voluntate obligantis:
- 32 idem quoque inferitur ex *leg. 2. tit. 16. libr. 5. Recop.*
- 33 Ex quibus deducitur, quod si pater filium melioravit & ipsum gravavit meliorationem (in qua apponere potest gravamina) alteri filio restituere, non potest pater, etiam de voluntate filii meliorati, gravamem illud revocare in praejudicium alterius filii, dum jam melioratio irrevocabilis fuerit facta, vel ex traditione ipsius, aut scripturae, quia jam fuit illi filio jus quaesitum. Infer-
- 34 tur etiam, quod si quis majoratum constituat in persona certa, & determinata, & post ejus mortem alias
- 35 *... dicitur, quod: hoc dubium est, igitur, cum illi ad eam suc-*

---

(\*) De interpretatione hujus *legis* & celebris hujus quaestionis resolutione, quae Interpretum ingenia torsit, videndus D. Covarr. 1. var. cap. 14. a num. 3. Ipse affirmat, dispositionem *leg. Part.* intelligendam esse facta rei traditione, aut possessione apprehensa etiam auctoritate propria, quod *lex ipsa* (in sua sententia) permittere videtur. Videas quaeso *ubi proxime num. 5.*

successive vocavit, non potest amplius majoratus revocari, dum primo tradita fuerit possessio, aut scriptura, vel ex causa onerosa fiat. Deducitur etiam, quod si res aliqua patrimonii per descendentes possessores sit alienata, & primus consanguineus pro pretio eodem non retrahit, non potest amplius jure sanguinis retrahi, sed perpetuo alienabilis manet.

III. Alienatio impeditur quum ita expresse lege caveatur. IV. Potest impediri alienatio in melioratione Tertii ex *leg. 27. supr. 11. tit. 6. libr. 5. Recop.* Ex quibus potest pater quodlibet gravamen in melioratione apponere; atque ita majoratum absque Principis licentia fundare observata tamen illius legis dispositione. V. Potest alienatio impediri per ultimam voluntatem, si haeredem, aut legatarium testator gravet, ut alteri rem restituant, aut non alienent. Advertendum tamen, quod ut prohibitio valeat debet fieri ex aliqua causa; quum in qualibet dispositione causa pro ejus validatione requiratur. (In Hispanorum tamen primogeniis propter ipsorum nativam perpetuitatem, eo ipso, quod quis majoratum constituat, aut constitutione profiteatur, vel ex conjecturis colligatur, prohibitio alienationis adjecta censetur, dominiique impeditur translatio etsi nulla causa adjiciatur.) Causae autem esse possunt, si res sit majorum, aut turris fortissima (haec etsi non exprimantur, tacite inesse videntur) si rem illam testator a Principe habuit, vel prohibitio favore alicujus certae personae sit facta. Ratio autem quare per ultimam voluntatem alienatio impediri potest est, quia sicut per ipsam absque traditione dominium transfertur, ita potest dominium per ipsam & translationem impediri: in casibus



enim, in quibus dominium sine traditione transfertur, in eisdem resoluta illa dispositione potest impediri, & in alium transferri.

- 40 Quaer. Si testator prohibuit alienare extra familiam, intelligitur ex hoc vocare omnes de familia simul, vel gradatim ordine successivo? Resp. Gradatim, & sic proximior admitetur: idem dicendum si cognatis, vel consanguineis legatum, aut fideicommissum relictum sit, vel quis gravatus sit eis restituere, vel extra eos non alienare. Nota tamen, quod hoc casu non habet locum representationis, cum huiusmodi successio ex dispositione hominis proveniat: atque ita fratre testatoris, & filio fratris concurrentibus, ille, hoc excluso, admitetur. Dic-  
ta intellige, cum testator familiam propriam vocavit;  
42 si autem extraneam alicujus defuncti vocaverit, omnes simul admitentur, secus si viventes, nam capite instituto, aut ei legato relicto, omnes gradatim admitterentur. Adde, quod ut legatum relictum familiae ordine successivo conferatur, debet relinqui ut perpetuo in familia maneat; non enim sufficit quod simpliciter familiae relinquatur, nam hoc casu solus proximior admitetur. Item adde, quod ut inducatur fideicommissum, & alienatio impediatur, non requiritur quod expresse dicat  
44 testator: *Bona illa remanere in familia, vel apud certam personam*, sed sufficit simplex alienationis prohibitio extra familiam, vel illam certam personam: facile enim in ultimis voluntatibus fideicommissum inducitur ex conjecturata mente testatoris. Item adde, quod cum testator haeredem, aut legatarium gravat non alienare extra familiam, haec familia testatoris intelligitur, non gravati; nisi gravatus extraneus sit, tunc enim sua fami-

milia vocata intelligitur: sicut enim ipsum suis testator praeposuit, ita familiam.

Quaer. 2. Usque ad quem gradum intelligitur vocata familia in ista materia? Resp. Respectu collateralium usque ad quartum post ipsum gravatum: respectu descendendum usque in infinitum. Unde prohibitus alienare extra familiam, vel certas personas, non potest extraneum haeredem instituere in rebus alienari prohibitis; nec mortuo ab intestato legitimus haeres ea aufert, sed ad proximiorum de familia, vel ad illam certam persona in cujus favorem alienatio introducta fuit pertinere debet.

Quaeres: 2. Electio personae legatarii potest haeredi, aut tertio committi? Resp. Si generica est, ut eligat quem voluerit, non potest, est enim captoria dispositio: si autem electio de certis personis sit, ut scilicet unum de familia eligat, utique: nec tenebitur qui eligat propinquirem eligere; sed & remotiorem potest, unum, aut plures. Ex quo sequitur ad *leg. 30. supra*, quod Commissarius qui facultatem habet meliorandi unum filiorum, potest plures eligere; plures meliorandi potestatem habens potest eligere unum. Adde tamen, quod nominatus, vel electus non dicitur capere de manu eligentis, sed testatoris. Item adde, quod si haeres, vel Commissarius nullum eligat, omnes de familia admittentur. Hodie cum pauperibus legatum relinquitur, electio committitur Episcopo ut distribuatur, modo ibi sit Hospitale, modo non. Item adde, quod talis Commissarius per quaelibet verba declarativa eligere potest, etiam in absentia familiae, vel eorum inter quos electio fieri debet, dum coram duobus faciat; cum

- cum enim aliqua declaratio testamenti fit, duo testes sufficiunt: nec potest electum in aliquo Commissarius gravare, cum ab ipso capere non dicatur. Item adde, quod talis haeres, vel Commissarius postquam semel elegit, non potest electionem revocare, nisi gravatus sit, vel commissus ad eligendum post mortem; tunc enim usque ad mortem revocare potest, dum electio facienda personae incertae sit, secus si certae, & determinatae personae gravatus sit restituere, aut ipsam eligere.
- Quaer. Si testator instituit plures haeredes, aut pluribus legatum reliquit, & unum, plures, vel omnes simpliciter gravavit non alienare, intelligetur ex hoc inductum fideicommissum, & alienatio favore cohaeredum interdicta? Resp. Non, quia tale gravamen est sine causa, & persona, unde non valet; nisi forte ex aliis verbis, aut conjecturis appareat favore cohaeredum factam fuisse prohibitionem, ut si jussit testator eos invicem cavere de non alienando, vel quid aliud simile.
- Quaer. Si testator plures instituat haeredes, aut pluribus legatum relinquat, & addidit, ut novissimus haereditatem, vel rem legatum Titio restituat, videtur posita causa, & persona, cujus favore subsistat gravamen? Resp. Utique; atque tunc tacitum inter eos fideicommissum inducitur, ita ut tota haereditas ad Titium perveniet; secus erit si ultimo morienti testator substituat, non dicens in tota haereditate, quia tunc non omnes haeredes substituti videntur.
- Quaer. Si testator jussit haereditatem, vel rem alteri restitui, haeres, vel legatarius possunt interim alienare? Resp. Aut pure gravati sunt, vel in certum diem, & tunc alienare non possunt; aut sub conditione, vel in

incerto die, & tunc pendente conditione, vel die possunt alienare, licet ipsis venientibus rescindantur alienationes tanquam si factae non essent: resolutum enim jure dantis, resolvitur jus accipientis.

VI. Potest impediri alienatio in bonis Majoratus per Principis auctoritatem in ejus constitutione intervenientem. Et si quaeras: Quae utilitas resultat ex interventione Principis, quum auctoritate privata bona vinculari possint? Dicendum plurimos ex ipsa resultare effectus. Primus: Quod si filios testator habeat potest uni per viam Majoratus ultra Tertium, Quintum, & Legitimam totum relinquere, dum coeteris alimenta praestet. Secundus: Quod si aliquod pater voluerit apponere gravamen, non tenetur servare dispositionem *leg. 27. supr.* Tertius: Quod transit in successores possessio ipso jure, sic constituto majoratu, &c.

Quaer. Quod potest pater, vel mater cum bona conscientia majoratum, aut meliorationem facere? Resp. Utrique, quum de licentia legis non nutritivae peccati, & generalis consuetudinis faciat, *leg. 12. tit. 1. Part. 2.* Debet tamen pater filium dignum, & benemeritum alteris praeferre.

Quaer. Quod potest pater, vel mater majoratum auctoritate Principis constituens potest quem filium voluerit eligere, & alios sua legitima privare? Resp. Utrique, dum eis alimenta necessaria relinquat quae a jure naturae proveniunt, & nullo jure tolli possunt, nisi habet filius unde commode se alat ex artificio; quo casu in totum legitima privari potest.

Quaer. Quod potest pater, vel mater majoratum constituens debet nominare filium majorem? Resp. Non tenetur, dum

dum filius quem eligit benemeritus sit: ex consuetudine tamen semper major eligitur.

59 *mis* Quaer. ⁊ Pater, vel mater majoratum constituens intelligitur vocare majorem si simpliciter dicat, quod veniat ad unum de filiis, vel eis non extantibus, de descendantibus? Resp. Utique; hoc enim ipso quod voluit pater ad unum bona venire, voluit ad primogenitum; atque ita claves domus, & rerum haereditarium apud majorem sunt, & custodia testamenti. Hinc sequitur, quod si majoratum constituens filium majorem vocavit, & bona dixit inalienabilia, licet alias personas non nominaret, non finietur majoratus, sed perpetuo transibit ad omnes successores cum praelatione primogeniti.

60 *g* Quaer. ⁊ Constituens majoratum, vel meliorationem potest, masculis extantibus, filiam eligere? Resp. Utique, nisi majoratus qualitas aliud eflagitet.

61 *et* Quaer. ⁊ Si constituens majoratum prohibuit foeminae successionem, admitetur masculus ex foemina descendens? Resp. Non; non enim nepotes plus juris, quam filius, vel filia a qua procedunt, habere debent.

*mod* Quaer. ⁊ Si ad majoratum masculus fuerit vocatus, admitetur Hermaphroditus? Resp. Si in sexu masculino prevalet, utique: & si aequaliter utroque sexu incalcescit, eliget quo sexu vivere vult.

62 *sub* Quaer. ⁊ Si constituens majoratum vocavit filium majorem, & post eum ejus descendentes filios, aut filias majores, si reperiantur filius, & filia, & haec sit major, quis admitetur? Resp. Filius, quia ex quo primo filium vocavit, intelligitur prius voluisse admitte-  
81 *g* dos masculos, quam foeminas.

63 *et* Quaer. ⁊ Si constituens majoratum masculos vocavit,



vit, & foeminas in eorum defectum, & finita fuerit linea masculina, & reperiatur in foemenina masculus, & foemina, quis admitetur? Masculus, ex eadem ratione.

Quaer. 3 Si quis ad sua bona filium majorem vocavit per viam majoratus, & dixit bona inalienabilia, non tamen succedores nominavit post primogeniti mortem, veniet filius illius major, & sic deinceps? Resp. Utique, si vinculi facta fuit mentio; idque ex conjecturata voluntate testatoris, qui filium majorem vocando, intelligitur idem voluisse in caeteris, eo mortuo.

Quaer. 3 Si possessor majoratus decedat cum nepote nato ex filio primogenito jam mortuo, & filio secundo, quis admitetur? Resp. Nepos, & sic patruo suo praefertur; succedit enim avo per viam repraesentationis, & locum occupans patris sui, qui si viveret, fratris suo praefereendus esset: ita in Regno disponit *lex 2. in fin. tit. 15. Part. 2.* & in qualibet successione indivisibili *lex nostr. Tauri*. Idem dicendum in bonis anniversarii, quum instar primogeniorum Hispaniae proculdubio habeantur.

Quaer. 3 Si primogenitus sit Monachus, vel Religiosus succedet in majoratu? Resp. Aut majoratus in jurisdictione consistit, & tunc non succedit dum jam sit professus, quum ipse non possit habere proprium, & per se regere: aut non, & tunc, interim Monachus vivat, bona erunt penes Monasterium, ut accidit in usufructuario ingrediente Religionem. Unum tamen est, quod si non reperiatur successor sanguinis qui succedat, possit Pontifex dispensare, ut Monachus exeat de Monasterio, & ducat uxorem, ut accidit cum quodam

Rege Aragoniae. Si vero primogenitus sit Clericus in *sacris*, indistincte in majoratu succedet, modo talis majoratus in jurisdictione, & gubernatione salutari consistat; generalis enim constitutio ad Clericos extenditur; & licet Clericus criminales Laicorum causas exercere prohibeatur, potest tamen delegare, & si a delegato appelletur, iterum delegare ex juris Pontificii dispositione.

- 67 Quaeres: Si quis antequam majoratum adipiscatur filium habeat, & alium post eum adeptum, quis eorum admittetur? Resp. Primus, jus enim sanguinis, & successionis non causatur a dignitate. Contrarium accidit in  
68 honoribus: unde filius Senatoris jure Romanorum solum gaudebat patris privilegio, si jam patre Senatum ingresso nasceretur.

Quaer. Si duo, vel plures successive ex eadem matre nascantur, & cognosci non possit, quis eorum prius sit editus, quomodo succedent? Resp. Uterque admittitur, *leg. 12. tit. 33. Part. 7.* Advertendum tamen, quod sit unus si masculus, & alia foemina, quum non constet de prioritate, ille praefertur *dict. leg. 12. tit. 33.* Ratio autem quare uterque masculus admitti debet, si de prioritate non constet, est, quia in majoratu proximus admittitur, & cum hic omnes sint proximi quum nemo alium antecedit quia prioritas ignoratur, ex generali majoratum successionem & regulis utrique pertinet. Et hoc casu retento, si unus liberos habeat, isti succedent; si uterque, succedet ille qui prius ex albo editus sit.

- 69 Quaer. Si Primogenitus sit demens, furiosus, aut mentecaptus succedet in Regno, vel majoratu? Resp.  
Aut

Aut vitium illud a natura habet, & tunc a successione excluditur, *leg. 3. tit. 15. Part. 2.* aut ex accidenti, & tunc admititur, quum in ipso jam successionis jus radicatum fuerit: dabitur tamen ipsi curator, aut administrator. Haec intelligenda si in jurisdictione majoratus consistat, nam si in pura bonorum successione semper admititur, cum omnis successionis sit capax.

Quaer. ? Potest primogenitus jus successionis in sequentem renunciare? Resp. Utiq; si major sit XXV. annorum, secus si minor, nisi jurasset: dum tamen jam in majoratu successisset, secus si ejus viveret praedecessor; tunc enim ejus consensus usque ad mortem desideratur, & ratio est, quia talis renunciatio est pactum de futura successione certo modo dividenda, quod ut dictum *lege 22. supr.* non valet.

Quaer. ? Pater potest primogenitum jure majoratus privare? Resp. Si pater ipse majoratum fundavit, & filio tradidit possessionem, ex causa saltem exhaeredationi sufficiens, aut privationi legitimae, potest revocare dispositionem: si vero jam ab alio ascendenti proveniat, non potest.

Quaer. ? Successor in Regno, vel majoratu tenetur debita solvere praedecessoris? Resp. Aut debita favore ipsius majoratus, & in ejus utilitatem perpetuam contracta fuerunt, & tunc de ipso majoratu solvere tenetur; aut non, & tunc non debet solvere; ita intelligenda *lex 4. tit. 15. Part. 2.*

Quaer. ? Sententia lata in bonis majoratus praedecessoribus, etiam non citatis? Resp. Utiq; quum enim lis vertitur super re aliqua, principalis pars tantum comparere, & citari debet. Quod videmus in

querela inofficiosi testamenti lata sententia contra universalem haerodem , quae fideicommissario substituto praejudicat ; & in sententia lata contra maritum super re dotali , quae uxori praejudicat , nisi dolo succubuerit, aut non sit solvens maritus. Si tamen successor ipse velit pro suo interesse comparere , & probationes adducere, etiam invito poterit possessore.

- 74      Quaer. ; Si fructibus pendentibus possessor majoratus decedat , cui pertinent tales fructus ? Resp. Successori ; fructus enim pendentes pars fundi sunt , & ejus incrementum. Amplius : ex *leg. 45. infra* , in successorem majoratus transit possessio civilis , & naturalis : ergo quum sola civilis possessio sit causa acquisitionis fructuum , successor debet eos adquirere. Et licet fructus pro rebus mobilibus reputentur , quia Tutor absque decreto eos alienare potest , & in his bonis majoratus non consistat ; tamen hoc intelligi debet de fructibus jam collectis , vel ad hoc , ut majoratus possessor possit eos alienare etsi adhuc sint pendentes , vel non nati. Ex dictis sequitur , quod si per legem bona majoratus mobilia confiscari debeant , non confiscabuntur fructus , sed haeredibus reservari debent , sicut ipsae res immobiles quibus adhaerent , & quarum pars esse censentur.

- 75      Quaer. ; Si possessor majoratus decedat relicto filio primogenito , & aliis filiis minoribus , & egentibus , relicta quoque uxore , matreque eorum divite , quis tenetur ad alimenta ? Resp. Mater dives , non filius primogenitus : potentius enim jus sanguinis in ipsa consideratur , quam in fratre ; quin & mater , patre mortuo , filios de jure alere tenetur , facit *lex 4. tit. 19. Part. 4.* Quinimo si avi , vel proavi paterni superstites sint , &  
di-

divites, ipsi alere nepotes tenentur, frater enim eorum in subsidium vocatur, ex *dict. leg. 4.* Et hoc intellige, si primogenitus ex eodem patre sit ac ceteri fratres, secus alias, tunc enim non tenetur unquam.

Quaer. § Possessor majoratus per tempus vitae est 76  
verus illius dominus antequam dies veniat restitutionis?  
Resp. Uique, atque ita vindicare potest, vel agere remedio possessorio, vel petitorio rei vindicationis; non tamen alienare, aut vendere potest, ut marito accidit. 77

Quaeres: § Valet argumentum de feudo ad majoratum? Resp. Valet regulariter, quin & de usufructu: unde sicut iste est inalienabilis, ita & illud.

Quaer. § Possessor majoratus tenetur satisfacere successor de bonis restituendis? Resp. Non tenetur, sive majoratus per ultimam voluntatem constitutus sit, sive inter vivos; satis enim consultum successor per *leg. 45. infra*: nisi forte bona dissipet, aut dilapidet. 78

Quaer. § Successor majoratus poterit in vita possessoris petere, ut declaretur ad se majoratum pertinere? 79  
Resp. Non: sententia enim non potest fundari super iure de futuro, quod jus & successor mors auferre potest, si in vita possessoris contingat: Et quamvis peti possit, & fieri condemnatio super futura, cum aliquod jus de praesenti competit; nullum tamen in nostro casu de praesenti adest.

Quaer. § Si possessor majoratus successorem in bonis majoratus instituat, valet institutio? Resp. Valere propter futura quae possunt obvenire: et licet nemo de alienis bonis testari possit, intelligendum cum penitus sunt aliena, secus si subjecta solum restitutioni. 80

Quaer § Bona majoratus, vel subjecta restitutioni 81  
po-



possunt alienari? Resp. Non possunt, quia ex quo testator prohibuit, dominii translatio impeditur: quinimo & si tantum venditionem inhibuerit, intelligitur exclusus quilibet actus ex quo dominium transferatur; verbo enim emptionis omnis alienatio comprehenditur, facit *lex 10. tit. 33. Part. 7.*

82 Quaer. ¿ Bona alienari prohibita, possunt permutari? Resp. Etiam cum utilitate non possunt, quia permutatio est actus per quem dominium transfertur.

83 Quaer. ¿ Bona prohibita alienari, possunt in pignus, vel hypothecam dari? Resp. Non; res enim cujus commercium non est, vel contractus non potest pignoris, vel hypothecae loco obligari: quin nec per tempus vitae possessoris, nec pro modico pretio quod facile lui possit.

84 Quaer. ¿ Bona alienari prohibita, possunt locari? Resp. Pro modico tempore utique, secus ad longum tempus, ut X. vel XX. annorum, quia talis locatio species alienationis est; unde quaelibet perpetua utilitas dominium dicitur. Advertendum tamen, quod si possessor majoratus pro modico tempore bona locavit, & nondum finito decedat, locatio finitur; resolutio enim iure dantis, jus accipientis resolvitur, facit *lex 3. tit. 8. Part. 5.* nec successor obligatur, saltem si universalis non sit.

85 Quaer. ¿ In bonis alienari prohibitis, potest imponi servitus? Resp. Non potest, ne quidem per tempus vitae possessoris: quod intellige de vera servitutis constitutione, secus de utendi permissione, aut obligatione personali, quae cum rem non afficiat, potest per vitam possessoris sustineri.

86 Quaer. ¿ Possessor majoratus potest transigere super re-

rebus illius, ita ut transactio successoribus noceat? Resp. Non potest: qui enim alienare non potest, nec transigere: unde nec compromittere, quum procedat argumentum de transactione ad compromissum.

87

Quaer. 2 Bona alienari prohibita, possunt alienari propter nuptias, alimenta, aliamve similem causam? Resp. Non posse, sive tacite, sive expresse alienari prohibita sint, idque ex generali Hispaniae consuetudine; bona enim tacite alienari prohibita, poterant communi jure ex dictis causis alienari.

Quaer. 3 Si sucesor majoratus de facto alienavit, sequens successor potest res alienatas petere, & vindicare? Resp. Utique a quocumque possessore, & alienans jus suum amittit, peccavit enim contra voluntatem constituentis: si tamen res alienari tacite prohibita alienetur, tenet alienatio, & ille cui est restituenda, non potest eam petere donec casus veniat restitutionis.

88

Quaer. 4 Rex, vel Princeps potest concedere facultatem, ut vendatur res alienari prohibita, & emptor sit securus in foro conscientiae, & justitiae? Resp. Utique, si causa interveniat, secus alias; facit *lex 2. tit. 1. Part. 2.* Ratio est, quia ex quo facultate regia bona sunt facta inalienabilia ex vinculatione, acquiritur vocatis jus quoddam, quod ab eis auferri non potest.

Quaer. 5 Bona alienari prohibita, possunt tempore ordinario praescribi, adstante bona fide, & titulo in praescribente? Resp. Non: usucapio enim alienationis verbo continetur: si tamen videntibus, & consentientibus his quibus interst, praescriptio fiat, utique valebit: hoc tamen intellige in majoratu qui intra certas personas terminatur, non in majoratu perpetuo, qui cum ul-

tra

tra viventes ad futuros quoque extendatur, nunquam omnium verificari potest consensus; quapropter nec praescriptio longissimi temporis curret ita ut noceat successoribus; idque sive titulus ab ipso alienare prohibito procedat, sive ab alio tertio; prohibitio enim alienationis semper rem sequitur: Item: quia semper qui praescribere vult talia bona, caret civili possessione ad occupationem necessaria, quum ex *leg. 45. infra* haec transeat in successorem majoratus etiam bonis ab alio occupatis. Praedicta tamen limita, nisi praescribens per tempus immemoriale rem habeat, nam talis possessio vim tituli habet, nec nosci potest, an ille tertius bona habuit ante, vel post prohibitionem.

91 Quaeres; Bona alienari prohibita possunt per delictum confiscari? Resp. Non, qui enim per contractum alienare non potest, nec per delictum. Sed dubium est in ipso primo fundatore, an tum bona confiscari possint, vel successori restitui debeant? Dicendum, quod adhuc hoc casu debent restitui, non confiscari; sive jam possessio tradita fuerit, vel alio modo irrevocabilis facta constitutio, vel non; quia licet constituens tunc revocare possit, non tamen Fiscus, cum ad eum hoc jus non transeat.

92 Quaer. denique; Si delictum sit enormissimum ut laesae Majestatis, aut Sodomiae, possunt praedicta bona confiscari? Resp. Utique, si in constitutione majoratus id expressum fuit; si autem non fuit expressum, tunc confiscabuntur durante vita ipsius condemnati (si poena mortis non fuit imposita) id est: pertinebunt fructus, & commoditates Fisco. Haec procedunt, nisi in constitutione majoratus aliud caveatur, vel quod non

con-

confiscentur , vel quod nec momento ad alium possint pertinere. Idem dic in melioratione Tertii.

## LEX XLI. TAURI.

## I. TIT. VII. LIBR. V. RECOP.

## DE PROBATIONE MAJORATUS.

## LET XLI.

„ **M** Andamos , que en el mayorazgo se pueda pro-  
 „ bar la Escritura de la institucion de él con  
 „ la Escritura de la licencia del Rey que la dió , seyén-  
 „ do tales las dichas Escrituras que hagan fé: ò por  
 „ testigos que depongan , en la forma que el derecho  
 „ quiere , del tenor de las dichas Escrituras ; y asimis-  
 „ mo por costumbre immemorial , probada con las  
 „ qualidades que concluyan los pasados haver tenido ,  
 „ y poseido aquellos bienes por mayorazgo , es à saber:  
 „ que los hijos mayores legitimos , y sus descendientes  
 „ sucedian en los dichos bienes por via de mayorazgo ,  
 „ caso que el tenedor dél dejáse otro hijo , ò hijos legi-  
 „ timos , sin darles los que sucedian en el dicho mayo-  
 „ razgo alguna cosa , ò equivalencia por suceder en él:  
 „ y que los testigos sean de buena fama , y digan que  
 „ asi lo vieron ellos pasar por tiempo de quarenta años ,  
 „ y asi lo oyeron decir à sus mayores , y ancianos , y  
 „ que ellos siempre asi lo vieran , y oyeran , y que nun-  
 „ ca vieron , ni oyeron decir lo contrario ; y que de  
 „ ello es publica voz , y fama , y comun opinion entre  
 „ los vecinos , y moradores de la Tierra.

- 1 **E**X hac *lege* deducuntur sequentia 1. Quod majoratus probari potest per ipsam scripturam originalem institutionis illius continentem facultatem regiam ad ejus constitutionem. 2. Non extante hac scriptura, sufficit probatio testium, qui de illius tenore deponant, casum amissionis probent, & in ipsa substantialia fuisse, scilicet locum, diem, signum Tabellionis, quod denique nullam includebat falsitatem: quapropter testes qui de his deponant periti litterarum esse debent, nam alii tantum semiplene probant. 3. Si & haec deficiant, sufficit probatio per testes qui deponant de immemoriali, illa bona semper majoratus fuisse; sed hoc casu testes debent deponere ad minus se ita vidisse per 40. annos, quod ita audierunt a suis majoribus, & nunquam nec isti, nec illi contrarium: debent quoque esse bonae famae. Ex quibus collige, quod, sicut in aliis actibus, ita in majoratu, scriptura non pro forma requiritur, sed ad faciliorem probationem.

## LEX XLII. TAURI.

### III. TIT. VII. LIBR. V. RECOP.

#### DE FACULTATE REGIA.

## LET XLII.

„**O**Rdenamos,y mandamos, que la licencia del Rey  
 „ para hacer mayorazgo, preceda al hacer del  
 „ mayorazgo: de manera, que aunque el Rey dé licen-  
 „ cia para hacer mayorazgo, por virtud de tal licencia

no



„ no se confirme el mayorazgo que de antes estuviere  
 „ fecho , salvo si en la tal licencia expresamente se di-  
 „ gese , que aprobaba el mayorazgo que estaba fecho.

**C**ONSTAT, quod cum aliqua solemnitas in actu requiri-  
 tur, debet ipsam illi praecedere. Quapropter sta-  
 tuit *lex nostra*, quod regia facultas majoratus constitutio-  
 nem antecedit; si enim sequatur, non confirmabitur  
 ipse, nisi in ea expresse caveatur. Licet autem haec ita  
 sint, quibusdam tamen casibus valebit actus, etsi re-  
 quisita solemnitas adhibeatur postea, ut accidit in  
 Emphyteuta: hic, si irrequisito domino vendat, in com-  
 missum cadit, & tamen excusatur a poena licentia  
 post impetrata. Nemo etiam molendinum construere  
 potest in flumine navigabili sine facultate regia, & suf-  
 ficit si eam postmodum obtineat, &c.

Quaer. Si eodem die constitutus sit majoratus, &  
 impetrata facultas, quid autem praecesserit non appa-  
 ret, tenet constitutio? Resp. Utique, praecessisse enim  
 licentiam praesumitur, quum ita requiratur: ex quo  
 collige, quod si eodem die donatio appareat, & filii  
 emancipatio, hanc prius fuisse praesumitur, quia ita  
 requiritur ut valeat paterna donatio: similiter, si eodem  
 die de alienatione minoris, & Judicis decreto appareat,  
 hunc praecessisse praesumitur, caetera.

## LEX XLIII. TAURI.

## II. TIT. VII. LIB. V. RECOP.

## LET XLIII.

„**L**AS licencias que Nos habemos dado , ò diéremos  
 „ de aqui adelante , ò los Reyes que despues de  
 „ Nos vinieren , para hacer mayorazgo , no espiren por  
 „ muerte del Rey que las dió , aunque aquellos à quien  
 „ se diéren no hayan usado dellas en vida del Rey que  
 „ las concedió.

• **N**OTA ex ista lege , quod facultas Regis alicui  
 concessa ad constitutionem majoratus , durat  
 etsi Rex qui concessit moriatur , & ille cui fuit conces-  
 sa non fuerit ipsa usus in vita concedentis. Id quoque  
 in quolibet privilegio simpliciter concesso vidimus.

## LEX XLIV. TAURI.

## IV. TIT. VII. LIB. V. RECOP.

## LET XLIV.

„**E**L que hiciere segundo Mayorazgo , aunque sea  
 „ con autoridad nuestra , ò de los Reyes que de  
 „ Nos vinieren , ora por via de contrato , ora en qual-  
 „ quier ultima voluntad , despues de hecho , puedalo re-  
 „ vocar ; salvo si el que lo hiciere por contrato entre

„ vivos oviere entregado la possession de las cosas , ò  
 „ cosa , contenidas en el dicho mayorazgo , à la persona  
 „ en quien lo hiciere , ò à quien su poder oviere ; ò le  
 „ huviere entregado la Escritura dello ante Escrivano;  
 „ ò si el dicho contrato de mayorazgo se hubiere he-  
 „ cho por causa onerosa con otro tercero , asi por via  
 „ de casamiento , ò por otra semejante : que en estos  
 „ casos mandamos , que no se pueda revocar ; salvo si  
 „ en el poder de la licencia , que el Rey le dió , estu-  
 „ viese clausula para que despues de hecho lo podiese  
 „ revocar , ò que al tiempo que lo hizo el que lo ins-  
 „ tituyó , reserváse en la misma Escritura que hizo  
 „ del dicho Mayorazgo el poder para lo revocar:  
 „ que en estos casos mandamos , que despues de hecho  
 „ lo pueda revocar.

**S**tatuit *lex* praesens , quod constituens majoratum  
 possit illum revocare , nisi ex traditione scripturae  
 possessionis , aliave de causa constitutio irrevocabilis fac-  
 ta fuerit. Si tamen in facultate a Rege concessa inclusum  
 sit quod postea possit revocari , etiam his casibus pote-  
 rit id facere ; idem est si in traditione praedictorum  
 constituens hanc sibi facultatem reservaverit. De hoc  
*vid. leg. 17. supra.*



## LEX XLV. TUARI.

VIII. TIT. VII. LIBR. V. RECOP.

## LEX XLV.

„**M**Andamos, que las cosas que son de mayoraz-  
 „go, agora sean Villas, ò Fortalezas, ò de  
 „otra qualquier calidad que sean; muerto el tenedor  
 „del mayorazgo, luego sin otro acto de aprehension  
 „de posesion, se traspase la posesion civil, y natural  
 „en el siguiente en grado, que segun la disposicion del  
 „mayorazgo debiere succeder en él, aunque haya otro  
 „tomado la posesion dellas en vida del tenedor del ma-  
 „yorazgo; ò el muerto, ò el dicho tenedor le haya  
 „dado la posesion dellas.

1 **D**Isponit *haec lex*, quod mortuo majoratus posesso-  
 re ipso jure transeat utraque possessio, tan civi-  
 lis, quam naturalis in sequentem successorem, licet  
 penes alium tertium sit possessio, quam in vita, aut  
 post mortem ultimi possessoris obtinuerit.

Pro cujus perfecta declaratione sciendum, aliud  
 esse *dominium*, aliud *detentionem*, aliud *possessionem*.  
 Jure naturali dominium adquirimus in his quae nullius  
 2 sunt per earum occupationem, *leg. 17. cum aliis tit.*  
*28. Part. 3.* ut ea quae Coelo, terra, marique capi-  
 mus, quae statim occupamus, statim adquirimus, si ta-  
 men excipias quae navis levandae causa mari projiciun-  
 tur, quae ex solo animo retinet dominus, *leg. 7. tit. 9.*

*Part. 5.* Unde vidimus, constitutionem illam juris naturalis de acquisitione rerum mobilium per occupationem circa ea quæ Coelo, terra, marique capiuntur, 3 confirmatam esse jure positivo. Eam tamen limita ad casum quo res prædictæ plena libertate capiuntur, secus si aliqua secum servitutis afferant signa: unde si in aliquo loco servus fugitivus reperiatur, in dubio liber esse præsumitur, nisi ex colore, aliove particulari signo contrarium deducatur. In rebus autem immobilibus non est locus hujusmodi occupationi: quare siquis prædium aliquod vacans inveniret, & occupasset, non ex 4 hoc dominium acquireret; Civitatis enim in cujus sit territorio præsumitur: quare ad harum rerum acquisitionem excogitavit jus gentium plurimos actus, quibus dominium earum acquireretur; ita sunt omnes contractus, & coeteri acquirendi modi a jure civili inventi.

His positis, dicimus, dominium esse, *Jus de re 5 corporali perfecte disponendi, nisi lex prohibeat, leg. 1. tit. 28. Part. 3.* (\*) Ex quo sequitur, dominium non esse qualitatem rei, ut servitus, sed jus quoddam personæ cohaerens plures in rem ipsam effectus producens. Non potest jus hoc adquiri, nisi mediante traditione: quapropter si duobus res eadem vendita sit, illius erit cui prius tradatur: virtute hujus juris potest dominus rem a quocumque possessore vindicare, licet titulum non habeat.

De-

---

(\*) Vix erit perfecta definitio, nisi addideris, *Jus alios usu rei excludendi*. Sic, maritus, minor, prodigus, & qui sunt disponendi facultate privati, sine vi quoque defendes dominos esse.



Detentatio est : *Simplex & nuda insistentia in re*,  
 6 quae in facto consistit , & ex qua nec dominium , nec  
 7 possessio acquiritur. Sunt aliqui casus , in quibus ex tra-  
 ditione solam detentationem accipiens obtinet. **I.** Si nu-  
 da traditio rei , nullo expresso contractu , vel causa , in-  
 8 ter partes , fiat. **II.** Cum traditio ex causa fit , sed inha-  
 bili ad translationem possessionis , ut commodati , aut  
 depositi causa. **III.** Si rei possessor utramque retineat po-  
 sessionem , & alius rem tradat alteri , sive cum titulo ,  
 sive sine eo ; accipiens tantum detentationem acquirit.  
 + Idem dicendum , si utraque possessio penes duos sit , &  
 alius rem occupet , vel ipsi ab alio quam a possessore tra-  
 datur.

Quintus casus verificatur in *nostr. leg. 45*. Qui enim  
 possessionem rerum majoratus ingreditur , aut accipit  
 possessore mortuo , tantum detentationem adquiret ,  
 quum utraque possessio in successorem transferatur.  
 9 **VI.** Cum Judicis auctoritate traditur res aliqua indem-  
 nitatis , custodiae causa , ut cum quis in possessionem  
 10 ex primo decreto mititur. **VII.** Cum incapaci possessio-  
 nem acquirendi res traditur ; ut servo re tradita ex in-  
 justa causa.

Advertendum est : plurimum differre detineat quis ,  
 11 an possideat : qui enim detinet , nequit usucapere , nec  
 12 ipsi aliqua remedia possessoria competunt , licet succur-  
 13 ratur per officium nobile Judicis in casibus , in quibus  
 14 remediis possessoriiis vero possessori succurritur , licet tan-  
 tum juris incorporalis detentator sit.

15 Quær. 2 Detentatio conservatur in absentia , ut ci-  
 vilis possessio ? Resp. Utrique in communi opinione , sal-  
 16 tem si detentator in conspectu , aut de proximo sit.

Adde,

Adde , quod detentatione probata , censetur probata possessio , nisi probetur contrarium. Videamus quid sit possessio. Ea , juxta *Bartolum*.

Est: *Jus insistendi rei non prohibitaè possideri* , leg. 1. tit. 30. Part. 3. (\*) Dicitur *Jus* , ad differentiam detentationis quae in facto consistit : verum tamen est , quod si jus illud primaevum ex quo possessio descendit inspiciamus , possessio facti est , nihil distincta ab ipso actu naturali apprehensionis quo acquiritur. Dicitur *insistendi rei* , ut denotetur substantia ipsius possessionis , quae in insistendo consistit ; & ut a dominio , & usufructu differat. Dicitur denique , *non prohibitaè possideri* , ut excludantur res sacrae , & aliae quas possidere non possumus.

Quaer. ? Quotuplex est possessio ? Resp. Duplex , naturalis , & civilis , leg. 2. tit. 30. Part. 3.

Quaer. ? Ad acquisitionem possessionis requiritur causa vel titulus ? Resp. I. Si in acquisitione possessionis actus naturalis intervenit , non requiritur ; nam si sola voluntate potest amitti possessio , à fortiori facta traditione animo transferendi. II. Si possessio per actum fictum adquiratur , bene causa , vel titulus requiritur ne detur

R

con-

---

(\*) Possessio , res una est cujus definitio omnium Interpretum ingenia torsit. D. *Valentia* hanc *Bartoli* acriter impugnatur , sed nec ideo suam sustinere potuit D. *Franc. Ramos del Manzano*. Sane , possidere verbis inspectis leg. 1. tit. 30. 3. Part. est *animo & corpore rem tenere*. Et ea quidem tota possessionis materia explicari potest , saltem si ab scrupulis illis abstineas , quibus Scholastici mirifice delectantur , desumptis a Romanorum legibus , quorumque fortassis nulla utilitas extra *Academias* ipsas ubi raro extinguuntur , & vulgo creantur.

- concursus duplicis *specialitatis*. Ex quo sequitur, quod si quis extra iudicium confiteatur rem suam alterius esse, & nomine ejus se constituat possidere, non ex hoc
- 22 transfertur dominium, nec possessio. III. Ex inutili, &
- 23 invalido contractu bene transfertur possessio actu tradi-
- 24 tionis interveniente, ut patet in donatione inter virum, & uxorem: ratio est, quia possessio non causatur à contractu, sed ab ipso facto traditionis, quod jus civile
- 25 destruere nequit. Hinc sequitur 1. Quod ex contractu facto à minore super re immobili sine decreto, dum ve-
- 26 ra sequatur traditio, transfertur possessio. 2. Quod si res Majoratus, vel alienari prohibita alienetur, tametsi contractus sit nullus, transfertur possessio, non tamen accipienti competet *Publiciana*: quum lex enim, aut constitutio prohibet alienare, non competit *Publiciana*.
3. Quod transfertur possessio fundi dotalis alienati. 4. Quod ex contractu mulieris sine licentia viri transfertur possessio. 5. Quod transfertur possessio ex donatione bonorum praesentium, vel illius quae quingentos solidos excedat, quum nullae sint, ut in *leg. 69. infra, 8. tit. 10. libr. 5.*
- 27 *Recop. & leg. 9. tit. 4. Part. 5.* 6. Quod ex contractu simulato, sequuta traditione animo transferendi possessio-
- 28 nem, ipsa, licet contractus sit nullus, transfertur?
- Resp. IV. Quod ex contractu omnino nullo non
- 29 potest transferri possessio per actum fictum; attamen si
- 30 aliqua subsit convalescentiae spes, utique poterit. Ex hoc infertur. 1. Quod ex contractu minoris sine debita
- 31 solemnitate non transfertur possessio per actum fictum; sicut nec ex contractu mulieris sine licentia viri, aut cum res alienari prohibita alienatur. 2. Quod ex donatione inter virum, & uxorem, transfertur possessio per

per actum fictum, quum subsit convalescentiae spes.

3. Quod si venditio, aliusve contractus ad translationem dominii & possessionis habilis sub conditione fiat, poterit dominus interim per actum fictum possessionem, & dominium transferre. 4. Quod ut melioratio  
Tertii irrevocabilis fiat, sufficit ut per actum fictum tradatur.

32

33

34

35

36

37

38

39

Quaer. Qualiter, & per quos actus possessio adquiritur? Resp. Actu corporeo cum animo, & voluntate eam quaerendi, *leg. 6. tit. 30. Part. 3.* Non tamen requiritur quod actus corporeus verus, & naturalis sit, sufficit fictus. Naturalis actus est duplex; aut *aprehensio manuum*, quo utimur ad acquisitionem mobilium rerum; aut *ingressus in re*, vel *pedum positio*, qui deservit immobilibus. Nec etiam desideratur ad veram possessionis acquisitionem, quod quis fundi glebas omnes ambulet; sufficit quamlibet ejus partem introire; sicut & hoc sufficit ad acquisitionem servitutis in fundo alieno ex voluntate domini.

Quod quidem clare procedit quum fundus unicus est, & contiguus: sed dubium est, si separati sint fundi, an per unius ingressum omnium possessio quaeratur? Resp. Aut fundi sunt omnes ejusdem naturae, v. g. rustici ad arandum; omnesque uno & eodem nomine cognoscuntur, & contigui sunt, nulloque notabili signo divisi, & tunc unius ingressus omnibus sufficit; aut non, & tunc tantum ingressi possessio quaeritur.

Haec locum habent, cum agitur de acquisitione possessionis per actum verum: si enim per fictum, ut *per visum*, quis vult adquirere possessionem, sufficit fundos in praesentia esse, licet distincti sint, dum tra-

dentis voluntas concurrat. Hinc deducitur, quod quum Judex aliquem in plurium fundorum possessionem immitit, debet quoque praedicta servari distinctio; sicut & cum haeres possessionem haereditariarum rerum acquirere vult.

40 Quaer. Si universalis successor acquirere vult possessionem rerum immobilium quae domo aliqua continentur, sufficit quod ipsius domus possessionem ingrediatur? Resp. Utique: qui enim continens occupat, & contentum intelligitur occupare.

41 Quaer. Si quis se habere possessionem in aliquo fundo cogitabat, quam nunquam habuit, & ipsum intrabit animo continuandi possessionem, quaeritur ex tali actu ipsi de novo possessio? Resp. Utique; habet enim possidendi animum, qui sufficit ut adquiratur; nec novum est, ut actus unus in alium convertatur, quum solum ab animo nostro dependet.

42 Quaer. Qualiter possessio in jurisdictione adquiritur? Resp. I. Non sufficit castrum, vel aedificium intrare, ut jurisdictio adquiratur, est enim quid diversum. Et licet praescripto, aut adquisito fundo, vel territorio, annexa jurisdictio acquisita censeatur; hoc est respectu proprietatis intelligendum, ut acquirens, jus & titulum in ea habeat; non ut in actuali illius possessione esse dicatur. II. Ex exercitio unius actus jurisdictionis de voluntate domini, omnis jurisdictio quaesita intelligitur; sicut per apprehensionem partis, quaeritur possessio totius. III. Ex exercitio unius actus jurisdictionis, contra, vel praeter voluntatem domini, tantum adquiritur ille actus, & caeteri ejusdem speciei, non alii. Tres sunt jurisdictionis actus, *imperium nereum, mixtum, & simplex jurisdictio.* Quaer.



Quaer. ¿Potest una possessio absque alia adquiri? 43  
 Resp. Utique, sive sola naturalis vacet, sive utraque,  
 sive ambae sint occupatae. Unde sequitur, quod modo  
 possessio sit vacua, modo ab alio occupata, potest Ju- 44  
 dex mittere quem in sola civili, aut naturali possessio-  
 ne: quod enim quilibet, & Judex facere potest.

Quaer. ¿Quomodo per actus fictos possessio quaeritur? Resp. I. Per visum, & aspectum, praecedente titulo habili, *leg. 6. tit. 30. Part. 3.* Visus enim habetur pro apprehensione rei, & interpretatione juris usque ad rem ipsam porrigit corpus: quod procedit, etsi longe res sit, dum determinate videatur; dum tamen praeter titulum concurrat semper tradentis, & accipientis voluntas. Ex quo sequitur, possessionem rerum nullius, aut derelictarum non posse per visum adquiri, cum sit nemo qui tradat: idem dicendum de thesauro, sive in alieno, sive in proprio fundo inveniatur; apprehensio enim desideratur ad harum rerum acquisitionem, idque licet statutum dicat lexve quod adquirantur per inventionem, facit *lex 21. tit. 28. Part. 3.* 45 46 47

Hinc deducitur, quod si lege caveatur, ut inventus eum armis, amittat ipsa, requiritur quod sit cum eis apprehensus, ut poena afficiatur, *leg. 33. tit. 14. lib. 2. Ordin.* Sufficiet tamen hoc casu, si quum eum Judex vidisset armatum, usque ad domum insequutus fuisset; in qua armis ipsum spoliare potest. Infertur etiam, quod si in ludo inventus lege puniantur, debet intelligi si apprehendatur ludens, nec testium probatio sufficit, *leg. pen. tit. 10. libr. 8. Ordinam.* & quam is *lex 2. ejusd. tit.* non requirat apprehensionem, intelligenda est quum Judex à ludente vult petere, quod ludo lucratus fuit. 48

49 fuit. Inferitur quoque, quod si lex vestes pretiosas, aurum, aut margaritas portantes puniat, intelligitur de apprehensis. Sed quid si mulier quaedam res hujusmodi fictas trahat? Resp. Aut prohibitio propter sumptus evitandos fuit facta, & tunc quae fictas res hujusmodi trahat, non punietur; aut fuit ne viles personae dignioribus assimilarentur, & tunc debet puniri: sed si in hoc casu in domo propria vestes prohibitas quis portet, non incidit in poenam. Notabis tamen, quod si lex, aut statutum delictum vindicet jam a naturali, vel communi lege expressum, non requiritur apprehensio ut poena exequatur: Unde dicta intelligenda de delicto quod noviter à lege puniatur.

51 Quaer. Qui invenit thesaurum facit totum suum? Resp. Si in proprio fundo, utique, dum non sordidis artibus inveniat, *leg. 45. tit. 28. Part. 3.* beneficium enim Dei est; & licet *8. tit. 12. libr. 6. Ordin.* disponat, quod, deducta prius expensa, tertia pars inventoris, aliae duae sint Regis, procedit haec dispositio in locis ubi *Afinae* inveniuntur. Si autem quis thesaurum in alieno fundo inveniat non data ad hoc opera, dimidium domino fundi, dimidium inventori cedit: si autem data opera invenerit, etsi cum domini licentia, nihil acquirit, sed totum domino pertinet, ne invitentur homines ad effodiendos thesauros, cum damno ruralis culturae, facit *dict. lex 45. tit. 28. Part. 3.*

52 Sed quid si fortuito in loco Principis, aut Civitatis? Dimidium Principi, aut Civitati pertinet, *dict. leg. Part.* Idem si quis inveniat thesaurum in loco sacro, aut Religioso fortuito.

53 Nunc proseguendo quae supra diximus de translatione

tione possessionis per visum, asserimus: tutorem, curatorem, procuratorem, Praelatum, Syndicum, &c. non posse per actum fictum visus possessionem rerum quas administrant transferre in alium, cum non possideant, & ita non possit concurrere tradentis voluntas; idque licet ad alienandum speciale mandatum habeant. Idem de Iudice, aut Executore dicendum, quum aliquem mittunt in bonorum possessionem: hoc tamen casu, si propter potentiam adversarii, aliamve causam, possessio nisi per visum non tradi possit, sufficiet quod ita tradatur ut alia damna evitentur. Idem dicendum de haerede qui haereditariorum rerum possessionem acquirere vult: vel cum ante ejus apprehensionem per naturalem actum, ipsam in aliquem vult transferre.

Advertendum tamen, quod si quis absentia naturalem amiserit possessionem, ut eam postea recuperet, visus sufficit, si civilem retinuit; propter facilitatem scilicet eam apprehendendi: quum etsi utramque amisisset, potest modo dicto recuperare; & licet illa recuperata possessio nova sit, non tan de novo videtur acquiri, quam continuari. Unde si lege caveretur, quod noviter possessionem acquirens certam gabellam solyeret, ab ea lege erit ita in acquirens immunis.

Secundus actus fictus per quem acquiritur possessio est, per *traditionem instrumenti*, quo jus, aut titulus acquisitionis ipsius rei continetur: & ratio est, quia in instrumento res ipsa videtur tradita.

Modus iste tan mobilibus, quam immobilibus rebus servit, *leg. 8. tit. 30. Part. 3.* Nec requiritur instrumenti antiqui traditio, sed praesentis sufficit alienationis, ex *dict. leg. 8. leg. 2. tit. 12. libr. 3. For. ll. leg. 17.*

& 44. *Tauri*. Nec etiam rei praesentia desideratur : si  
 58 tamen qui instrumentum tradit civilem tantum possessionem habebat , illam solum transfert ; si utramque, omnem ; & nullam , si non posidebat. Sufficit quoque  
 59 ut modo dicto adquiratur possessio simplex instrumenti traditio, quum res expresse vendatur , aut alienetur : unde arca, clavibus , aut fraeno vendito , traditum intelligitur quod sub arca, clavibus continetur , & animal quod fraeno illo regitur , nisi arguat contrarium praetium. In dubio tamen , si res vendita per se utilis sit , ipsa sola vendita intelligitur.

Tertius actus fictus per quem possessio acquiritur, est *clavium traditio*, leg. 7. tit. 30. Part. 3. Ratio est, quia traditis clavibus domus emptae , res ipsae domo  
 60 contentae traditae intelliguntur ex facili aperiundi , & apprehendendi potestate. Requiritur tamen ex dict. leg. 7. quod in praesentia ipsius domus traditio fiat , vel loci ubi res sunt , & quod possideat tradens : unde qui velit tali possessione juvari , haec merito probare debet.

61 Quær. ; Sicut per traditionem clavium possessio transfertur , per traditionem instrumenti quo res aliqua ducitur , res ipsa intelligitur tradita ? Resp. Si instrumentum illud impositum est ipso animali utique , secut alias, ut in fraeno dicimus.

62 Quartus actus fictus per quem possessio quaeritur est *per retentionem ususfructus* ; ut si quis alteri rem vendat , & illius usumfructum sibi retineat ; statim enim ex hoc actu in emptorem possessio transfertur , quum in re propria non cadat *formalis ususfructus* ; leg. 9. tit. 30. Part. 3. Idem est si in emphiteusim retineat , vel in pignus quousque pretium solvatur. Non idem tamen si

pro-

proprietas retenta venderetur usufructus; ad istius  
enim acquisitionem traditio possessionis, vel quasi desi-  
deratur. Superior doctrina, ut hoc obiter addamus, pro-  
cedit, sive in praesentia res sit, sive in absentia; dum  
tamen pleno jure rem teneat qui usumfructum retinet.

Quintus actus fictus per quem possessio acquiritur,  
est *per rei conductionem*; ut si quis alteri rem vendat,  
donet, aut alienet, & nomine ejus ipsam conducat,  
statim possessionem quam habebat, in locatorem trans-  
fert, *leg. 9. tit. 30. Part. 3.* Et ratio est, quia nemo  
rem suam conducere potest: unde necessario ex tali ac-  
tu, & dominium quaeritur, & possessio, sine qua ne-  
quit adquiri. Ex quo sequitur, quod censetur adquisi-  
ta haeredi rei haereditariae possessio, si conductor ipsi  
solvat pensionem, eum ut dominum recognoscens,  
absque alio actu.

Sextus actus fictus per quem acquiritur possessio,  
est *per dimissionem rei* ex titulo habili ad translationem  
dominii: ut si rem apud aliquem depositam ipsi vendam,  
aut donem; statim enim possessio ipsi, & dominium  
quaeritur, *leg. 47. in princ. tit. 28. Part. 3.* Ista enim  
voluntas domini, re existente penes adquirentem, pro  
traditione juris dispositione habetur; & utraque possessio  
adquiretur, si res in praesentia sit, & si in absentia,  
civilis sola. Ut tamen dicta procedant, dominus scire de-  
bet rem penes tertium illum existere, licet non de ejus  
voluntate habeat; debetque titulus esse habilis ad trans-  
lationem dominii. Unde si quis rem ex causa transac-  
tionis dimiserit, non transfert dominium etsi dominus sit,  
nec usucapiendi conditionem, si non dominus: quare ip-  
se penes quem fuit res ita dimissa non poterit reivindi-



- 10 catione agere, nec usucapere, aut praescribere; titulus  
 72 enim qui a domino re tradita non transfert dominium,  
 73 nec usucapiendi conditionem re a non domino praestita.  
 70 *mi* Septimus actus fictus per quem possessio acquiritur,  
 74 est *per appositionem custodis*: ut si quis vendat, donet,  
 00 aliove modo alienet, & ille cui fit alienatio, de volun-  
 75 tate alienantis custodem in ipsa apponat; statim ex hoc  
 ipsi possessio quaeritur quum rei praesentia requiratur,  
 sicut nec quod custos appositus voluntatem possessio-  
 nem acquirendi habeat, aut rem ipsam ingrediatur,  
 vel apprehendat; sufficit, quod in ipsius praesentiam  
 perveniat, aut proximitatem: in quo hic modus differt  
 ab acquisitione possessionis ministerio procuratoris. 110  
 76 *mi* Octavus actus fictus acquisitivus possessionis est *per*  
 80 *signationem rei*: ut si de voluntate venditoris, in prae-  
 sentia, vel absentia, animalia, aut capita empta suo  
 90 signo emptor signaverit; hoc enim ipsi dominium, &  
 possessionem tribuit. Adverte tamen, quod privatum  
 77 signum non est plena probatio domini, potest enim  
 quis alieno signo signare. 120  
 78 *mi* Nonus actus fictus, per quem possessio acquiritur,  
 est *per clausulam constituti*; ut si quis rem quam ven-  
 00 dit, nomine emptoris se possidere constituat; tunc  
 enim statim possessio, & dominium quaeritur, *leg. 9.*  
 17 *tit 30. Part. 3.* qui enim se constituit, procurator ha-  
 79 betur. Atque ita, si utramque possessionem habebat  
 constituens, transfertur utraque; si civilem, aut na-  
 turalem tantum, solum civilis, aut naturalis. Et quam-  
 80 vis in hoc acquirendi modo, nullus nec verus, nec fic-  
 81 tus interveniat actus ex parte adquirentis, & consti-  
 tuentis; ipsum tamen sustinet primus ille actus quo  
 122  
 cons-

constituens possessionem adquisivit.

Adeo autem transfertur possessio *per clausulam constituti*, ut procedat etsi quis per alium actum fictum possessionem adquisivisset primo; quum & si constituens per alium possessionem retineat; imo etsi nullam habeat possessionem, sed ejus tantum commoditatem, ut si debitor rem obligatam, & creditori traditam, alteri vendat, & ipsius nomine se possidere constituat.

Advertendum tamen, quod ut *per clausulam constituti* possessio quaeratur, ille in cujus favorem fit *constitutum*, debet esse praesens, quamvis ratihabitio in absentia sufficiat: semper enim in acquisitione possessionis, sive per verum, sive per actum fictum, adquirentis voluntas, vel explicita, vel implicita, desideratur.

Ex quo sequitur, quod si antequam ratum habeat ille cui *constitutum* in absentia fuit factum, rem alteri vere, vel fecte constituens tradat, iste illi praeferendus esset. Similiter, si ante ratihabitionem expellatur constituens de possessione, non poterit cui *constitutum* fuit factum, agere interdicto *recuperandae*, quum non possideat; ad quem non transfertur aequae possessio, si ante ratihabitionem constituens vidisset fatum.

Pro superiori tamen doctrina de acquisitione possessionis *per clausulam constituti*, est animadversione digna sequens consideratio. Si in instanti quo alterius nomine possidere quis se constituit, non habet animum ad retinendum, possessionem ex hoc amitit, ut est evidens; quomodo ipsam in absentem transferre potest, si ratihabitio jam venit tempore inhabili? Dices: Nec constituens alteri vere possessionem tradit, nec vult ipsam amittere, vult tantum eam tenere nomine alterius; unde

licet non quaeratur adquirenti , non amittitur.

- 84 Quae diximus de translatione possessionis *per clausulam constituti* , debent intelligi , si tempore *constituti* actualiter possidebat constituens ; nullam enim transfert possessionem non possidens. Unde probare debet qui sibi *ex clausula constituti* possessionem asserit , constituentem in possessione fuisse quo tempore factum fuit *constitutum* : à quo tamen excusabitur , si non cum alio ter-
- 85 titio , sed cum ipso forte constituyente lis orta fuerit de po-
- 86 sessione : quim & *clausula sola constituti* in instrumento aliquo antiquo reperta , plena est possessionis probatio adversum quemlibet alium , ex antiquitate instrumenti.
- 87 Ex supradictis inferitur , quod si procurator constitutus ad alienandum , aut possessionem tradendam , alienet , & adquirentis nomine se possidere constituat ; nullam transfert , quum non possideat , possessionem. Idem dicendum de tutore , vel curatore minoris rem alienante , & nomine emptoris se possidere constituyente. Idem de Syndico , & Executoribus testamentorum ; de haerede , & legatario , qui antequam nanciscantur possessionem rerum haereditiarum , alienant , & se possidere constituunt.
- 88 Inferitur etiam , quod si contractus , quo factum fuit *constitutum* , sub conditione fiat , quae post constituentis mortem purificetur ; non acquiritur ex eo possessio , nec retrahitur *constitutum*. Inferitur denique , quod , data negligentia recuperandi , amittit per mortem constituentis , qui *ex clausula constituti* illo mediante habebat , possessionem.
- 89 Ex superioribus tamen nobilis ista oritur difficultas. Si ille , qui se nomine alterius possidere constituit solam

habeat detentionem; & transfertur ista mediante titulo habili ad translationem domini? Resp. Utiq; quum constituens tanquam procurator habeatur: sed notabis, quod cum constituens possessionem transfert, remanet penes eum detentatio; & quum solam habet detentionem, cum non sit aliquid ipsa inferius, licet adhuc apud eum remaneat, virtualiter transit ad eum cui fuit *constitutum*: unde ex ipsa dominium, & caeteri verae traditionis effectus sequuntur.

Quaer. Si Tutor, vel Curator, aut Procurator possunt dominis suis per actum fictum possessionem quaerere? Resp. Utiq; quamvis non possint ad alterum transferre, facit *lex 17. & 44. Tauri*. Et licet duae specialitates in acquirente domino concurrant, una ex repraesentatione Procuratoris, altera ex acquisitione per actum fictum proveniente; sustinetur tamen adquisitio; hujusmodi enim actus ficti pro veris ex dispositione juris habentur.

Quaer. Si quis rem vendat alicui, & per actum fictum ipsi possessionem tradat, & postea alteri quoque vendat, vereque possessionem tradat, quis eorum praefertur? Resp. Primus: nam ex actu ficto vera quoque possessio quaeritur. Quod procedit etsi traditio prima fuerit facta procuratori; imo etsi venditor non possideret, sed tantum habuisset detentionem, veramque quo tempore secundo tradidit possessionem haberet.

Si Sed quid si prima venditio fuit facta sub conditione, & ea pendente secunda? Resp. Aut *constitutum* in prima appositum fuit quoque conditionale, & praefertur secundus, licet postea conditio existat; aut pure fuit appositum, & praefertur primus, nam traditio etiam

ex contractu conditionali dominium transfert.

94. Quaer. Si Emphyteuta rem emphyteuticam vendat sine domini consensu, cadit à jure suo si non tradidit? Resp. Non: poena enim commisi quo est minatus procedit si traditio sequatur, ipsamque vitabit quantumvis fecte tradat; nam in materia delictorum, & inflictione poenarum stricte proceditur. Unde sub poena prohibitus alienare non incidit, nisi vere, naturaliterque alienet; sicut gravatus post mortem restituere, de naturali intelligendum.

96. Quaer. Incertitudo vitiat acquisitionem possessionis? Resp. Incertitudo ratione loci, & quotae utique; pars enim incerta ex defectu animi, orto ex incertitudine ipsa possideri nequit. Idem dicendum si res sit incerta respectu loci, & quotae respectu sit certa; aut certa respectu loci, & incerta ratione quotae supradicta ratione. Idem denique dicendum, si res sit incerta respectu adquirentis, quamvis apud tradentem non sit: animus enim, & certitudo in quaerenda possessione semper in ipso adquirente debet adesse. Advertendum tamen; quod si adquirens vult possidere virtute *constituti* per medium ipsius tradentis, vel per *retentionem ususfructus*, aut per *Procuratorem, filium &c.* ipsius incertitudo nihil obstaret acquisitioni, dum a tradente abesset: unde observa casum, in quo facilius quaeritur possessio per actum fictum, quam per verum. Ne tamen idem dicas in aliis actibus fictis praeter enumeratos *clausulae constituti*, & *retentionis ususfructus*.

97. Quaer. Possessio potest ex pluribus causis, aut titulis quaeri? Resp. Utique, nisi dominium jam ex aliqua fuit plene quaesitum. Et quidem, ex acquisitione possessionis-



sionis ex pluribus causis effectus plurimi resultant: si enim rem sim praescribens, & incidam in malam fidem ratione unius, possum ex altera continuare: similiter si ex utraque causa mihi *Publiciana* competat, sententia lata in uno iudicio, non pareret exceptionem in alio: denique ex pluribus causis possessione quaesita, plura remedia competunt possessoria.

Dominium autem non potest quaeri ex pluribus causis, nisi minus proprie quaesitum sit; licet res una ex pluribus causis deberi possit.

Quaer. 2. Potest esse possessio penes plures in solidum? Resp. Una, eademque possessio non potest penes plures sic esse, contra naturam enim est ut alius teneat quod ego teneo: sed possessiones diversae bene esse possunt, ut vidimus in usufructuario, emphyteuta, feudatario, & precario rem habente, qui simul cum dominis possident. In una, & eadem re possunt etiam plures simul possessiones, & ejusdem naturae adesse; si enim unus illius rei usum, & alter usufructum habeat, ambo in solidum naturaliter possidebunt, & uterque interdictum *uti possidetis* habebit.

3. Videamus qualiter quaesita possessio amittitur? 101

Amititur. I. possessio naturalis per longam absentiam possessoris utramque possessionem habentis, *leg. 12. in princ. tit. 30. 3. Part.* II. Amititur civilis possessio, quae retinetur in absentia, si dum ista durat aliquis rem fuerit ingressus, & possessori absenti quam revertatur resistat; vel si ipse possessor animo desinat possidere, quia forte suspicatus est posse repelli, *leg. penult. tit. 30. 3. Part.* 102

Amitit quoque absens possessor civilem quam retinebat possessionem, si ita res occupata sit, ut sit ejus

- accessus impossibilis; idque licet se eam amittere nolle protestetur, veluti si praedium inundatum sit, aut ex potentia latronum, &c. *leg. 14. dict. tit. & Part. in his enim casibus quum animus super impossibili videatur fundatus, nihil operatur protestatio quaelibet. Amittit etiam absens possessor civilem possessionem, si diu fuerit absens; nam ex diuturna absentia inducitur obli-*
- 80 *vio, & animus non possidendi. Longum tempus quod sit, ex qualitate rei, loci, vel personae Iudex arbitra-*
- 90 *bitur: in dubio est 10. annorum.*
- 90 *Hodie ex leg. 1. tit. 11. libr. 2. For. LL. & leg. 1. tit. 13. lib. 3. Ordin. & leg. 242. Styli, & leg. 192. eod.*
- 001 *si quis ingressus est rem alterius, & eam occupavit per annum, & diem, possessore praesente, & non con-*
- 101 *tradicante, possessionem utramque iste amittit, salva ta-*
- 104 *men proprietatis controversia; dum ille rem habeat cum titulo, & bona fide, ex dict. leg. 1. tit. 13.*
- 105 *Ex his omnibus infertur, quod utraque possessio morte amittitur, cum deficiat animus ad retinendum. Infertur etiam, quod quum absens amittit possessionem civilem, ista consolidatur ipso jure naturalem habenti, dum iste possit in re utramque habere: sic tamen con-*
- 106 *solidata possessio non erit antiqua possessoris, sed nova in ejus persona creata.*
- 105 *Et quidem plurimi resultant effectus ex retentione possessionis in absentia. I. Si eo statu rem aliquis fuerit ingressus, donec absens possessionem amittat, non potest ipsam praescribere: deficit enim ipsi civilis, quae*
- 106 *causat praescriptionem. II. Ex ipsa fructus absens acquirit si bonam fidem habeat: quandoque tamen, domini scilicet voluntate accedente, naturalis sola fruc-*
- tuum

tuum parit acquisitionem, ut in usufructuario vidimus. Naturalis quoque possessio in absentia retinetur, si a civili separata sit: sic fructuario absenti interdictum *Unde vi* accomodamus post reversionem; si vero utraque est juncta possessio, naturalis effectus in civilem, utpote potentior, transferuntur, & remanet ideo sola.

107

111

Amititur etiam naturalis possessio rei mobilis inanimatae ut vasis, &c. vel animatae, ut equi, &c. semel ac quis in ea non insistat, aut in conspectu non habeat. Quia & civilis amititur si deperdita sit, vel aufugiat adeo, ut in manu possessoris non sit eam recuperare quum velit. Unde si res usucapi coepta sit deperdita, usucapio interruptitur, nec prior, ea recuperata, possessio prodest: quare si eam eo tempore vendam, nullum possessionis in emptorem effectum transferam.

108

Si tamen servus aufugiat, quum dominus, donec ab alio fuerit occupatus, retineat possessionem in ipso, contrarium est statuendum; ne in servorum potestate sit sua dominis possessione privare, *leg. pen. tit. 30. 3. Part.*

Notandum aequè, quod a rei possessione si qui per alium possidet expellatur, non ideo ipsam expulsum amittere, nec naturalem, quia nomine ipsius suus retinet detentator, nec civilem, censetur enim, & illius naturalis judicatur accessoria. Ne tamen hinc inferas: non posse eum qui per medium detentatorem possidet, in alium possessionem transferre, in re detentatore manente.

109

111

Amititur quoque possessio solo animo, & voluntate, quamvis in re possessor insistat: & hinc inter do-

110

T

mi-

minium, & possessionem emanat differentia; illud enim nisi a re discedatur, & sit illius capax in quem transferri volumus, non amitimus; quae duo non desiderantur, ut amitatur possessio. Ratio est facilitas eam iterum acquirendi, & difficultas amissum dominium comparandi.

- III** Quaer. ? Lex, vel statutum disponere potest, ut sine aliquo actu apprehensionis possessio transeat? Resp. Utique ex *leg. 7. tit. 4. 5. Part. & ex nostra lege*, quae successor majoratus possessionem sine aliquo actu vero, vel ficto tribuit: & licet adquisitio possessionis sit a jure naturali, quod non mutatur civili, non tamen est praeceptivum in hac specie jus naturale. Et non solum in majoratibus, sed & in contractibus omnibus, & alienationibus, etiam universalibus, actum apprehensionis supplere, & indulgere lex potest; & ita acquisita possessio vocatur *civilissima*, quamvis omnes operatur effectus, quos parit acquisita per actus veros.

Unde *lex nostra* 45. tam in immobilibus, quam in mobilibus rebus procedit (istarum enim alienatio & prohiberi potest) & in his omnibus majoratus successor, absque aliquo actu utramque possessionem acquirit, etsi in earum praesentia non sit, & quamvis sint ab alio occupatae: est enim possessio jus, quod lex uni auferre, & alteri potest applicare.

- III 2** Quaer. ? Si successor majoratus sit aut infans, aut furiosus, transit in eum virtute legis possessio? Resp. Utique; nam si medio Procuratore ipsam adquirere possunt, a fortiori per medium legis.

- III 3** Notabis, & in ipsam haereditatem jacentem transferri possessionem quum virtute *legis nostrae* nullum

exer-

exercitium alicujus facti adquisitio istius desideret.

Quaer. ; Possessio quae transfertur ex *nostrae legis* dispositione, est eadem defuncti? Resp. Non, est noviter quaesita, maxime si res majoratus ab aliquo sint occupatae. Unde si lege caveatur, & certa constituatur gabella ratione novae acquisitionis possessionis, aut domini, illam solvere tenebitur majoratus successor.

Quaer. ; Si majoratus successor ad acquisitionem possessionis per actum verum perveniet, desinit habere *civilissimam* illam ex dispositione *legis* quaesitam? Resp. Utique; in duarum enim causarum concursu, potentior prevalet, aut vetustior: unde in casibus quibus virtute legis dominium ipso jure acquiritur, ut in legatis, &c. cessat dominium istud, si naturalis traditio, aut apprehensio sequatur.

Quamvis autem majoratus possessor & in absentia adquirat possessionem, naturaliter apprehensam amittit, ut caeteri quoque possessor, quum fuerit absens.

Quaer. ; Dispositio *leg. 45.* & in quibuscumque vinculis, & bonis restitutioni subjectis, procedit? Resp. Receptius est, ut ad omnia extendatur, similitudine rationis: incipitque vigere in primo Fundatoris successore, quum post constitutionem jam majoratus existat & dicatur, & ratio unionis, & conservationis bonorum in primo successore verificetur: facit *lex 7. tit. 4. 5. Part.*

Diximus, virtute *legis 45.* utramque in successorem majoratus possessionem transferri, etsi tertius alius rerum habeat detentionem. Hinc sequitur, istum nec praescribere, nec fructus lucrari posse, & remedium ullum possessorium habere.



118

Sed hic se offert: Quae remedia competunt successori majoratus, ut tertius bona restituat? Resp. Interdictum adipiscendae *Quorum bonorum*; licet enim adquisivit possessionem, jure speciali adquisivit (& ista ratione, & legatario domino competit vindicatio) nec eam habere videtur, dum alius detentat; facit *lex 9. tit. 7. lib. 5. Recop.* Eadem ratione ipsi competit remedium *leg. fin. Cod. de Edict. D. Hadr. toll.* si ab anteriori possessore fuerit universaliter institutus, & bona majoratus sint in haereditate.

119

Competit etiam ipsi remedium recuperandae *Unde vi*, saltem si detentator possessionem interverterit successori: similiter interdictum retinendae *Uti possidetis*; datur enim contra inquietantem, & satis turbat detentator, qui restitutioni opponitur: & quamvis natura sua non sit hoc interdictum restitutorium, debet petere restitutionem successor, quum non aliter turbator videatur a molestia desistere.

121

Quaer. Ex his omnibus, quod est utilius remedium? Resp. *Uti possidetis*, quum & adversum titulum habentem, imo & adversus dominum competat.

123

Quaer. Successori majoratus competit contra detentatorem *haereditatis petitio*? Resp. Utique, si universalis successor sit, quum & fideicommissariam haereditatis petitionem, quum sit haeres, & jure haereditario succedat: & quamvis haeredi post adeptam possessionem non competant, successori majoratus, quia solum lege possidet, accommodantur.

124

Quaer. Successor majoratus potest auctoritate propria bona auferre detentatori, & ipsum expellere? Resp. In puncto juris poterit, sine injuria detentatoris tamen;

quum

quum sit dominus, & suam defendat possessionem: tutius tamen erit iudicio agere.

Quaer. Si duo se esse in solidum majoratus successores contendunt, ea efficacia, ut rixa forte possit inter ipsos oriri; quid iuste Iudex determinabit? Resp. Sequestrum rerum majoratus, donec de possessione pronuncietur: si tamen de possessione constet, iste defendendus erit. Sed si uterque possidere in solidum contendat, interdictumque *Uti possidetis* proponat, summarie Iudex prius de possessione cognoscet, uni ipsam tribuere, & in ea, donec lis finiatur, defendere debet. Et hoc iudicium, quod *interin*, vulgo de *Entretanto* dicebatur, non praejudicabat olim in possessione, sed hodie verum possessorium iudicium est, & proprietatis causa remittitur eo finito ad Regios Conventus iudicanda, leg. 10. tit. 7. libr. 5. Recop.

Quaer. Quot sunt genera interdictorum? Resp. Tria, *adipiscendae*, *retinendae*, & *recuperandae*. Primum competit pro possessione adipiscenda quae non fuit adepta; & est triplex, *quorum bonorum*, *quorum legatorum*, & dictum *Salvianum*; quibus non immerito adnumerabis remedia civilia ex *legibus*, ult. *Cod. de Edict. D. Hadr. toll.* & 3. *Cod. de Pignorib.* & ex officio *Judicis*.

Interdictum *adipiscendae quorum bonorum* competit haeredi, vel universali successori, & contra quemlibet possessorem universalem, aut particularem haereditatis, aut alicujus rei defuncti, pro rebus quas possidebat iste tempore mortis, & in sua haereditate reliquit. Unde haeres qui interdictum proponit, id tanquam fundamentum suae intentionis probare debet.

Si

Si tamen qui res haereditarias detinet, aut possidet titulum habeat, non interdicto, sed rei vindicatione erit agendum; nec haeredi competit adepta jam possessione; sicut nec contra debitores haereditarios personaliter obligatos; debitores enim non possedit defunctus. Huic interdicto etiam obstat dominii exceptio incontinenti probata; nisi cum in poenam rei conventi hoc interdictum conceditur actori.

Interdictum *quorum legatorum* haeredi competit pro adipiscenda rei legatae possessione, quam legatarius apprehendiit, si ex ista occupatione ratio legis Falcidiae imminuatur. Unde haeres hanc imminutionem debet probare, ut obtineat: quim ex hoc relictum legatarius amittat, nisi rem legatam clam, aut furtive occupaverit; & ideo rem immobilem numquam amittit, licet propria acceperit auctoritate; nec mobilem, si ad occupandam ipsi praestitit testator licentiam.

Quaer. In quo differt interdictum adipiscendae *quorum bonorum*, & remedium *legis fin. Cod. de Edict. D. Hadr. toll.*? Resp. Interdictum illud tam ex testamento, quam ab intestato competit; sed hoc remedium, solum ex testamento, licet ex eo & virtute testamenti, in possessionem omnium quae apud testatorem fuerunt mortis tempore haeres mittatur, *leg. 2. tit. 14. 6. Part.* sive nuncupative, sive in scriptis factum sit testamentum, dum solemne sit, ut in *leg. 3. supr.*

Et hoc quidem remedium *leg. fin.* haeredi competit etiam instituto in quota haereditatis; non tamen legatario, qui solum via ordinaria legatum exequi potest. Competit etiam Fideicommissario universali, cui solum verbo facta fuit restitutio, dum haeres qui restituit

(ex

(ex cujus persona Fideicommissario hoc datur remedium) non fuerit haereditatis possessionem adeptus. Competit etiam substituto pupillari, vel vulgari, dum 139  
 Judici fidem faciant de substitutione, & casu adven-  
 tuque illius, ex morte impuberis, aut repudiatione hae-  
 redis proveniente.

Competit etiam haeredis haeredi, dum constet de 143  
 transmissione; & nihil interst quod sit haeres ab intes-  
 tato. Similiter & illi datur, cui pars acrevit haereditatis, 141  
 dum constet de jure acrescendi; quia est tacitus quidam  
 substitutus. Et Fisco datur, quum haereditatem aufert  
 ab haerede scripto, tanquam indigno.

Datur quoque patri, vel domino, quum ex perso- 142  
 nis filii, aut servi instituti veniunt; vel cum filius adi-  
 re recusat haereditatem: quum & ipsi filio acommoda-  
 tur tacite (virtute legis) à matre in puerperio decedente 143  
 instituto. Competit etiam haeredi, tantum in rebus  
 quas mortis tempore possidebat defunctus, instituto,  
*leg. 2. tit. 14. 6. Part.* imo & instituto in his quae de-  
 functus detentabat tantum, ut commodatis, depositis,  
 &c. *dict. leg. 2.*

Notandum tamen: ut haeres virtute testamenti ex 144  
 hoc remedio in possessionem mitatur, mortem testatoris  
 saltem jusjurando probare debet, nec sufficit in sua esse  
 potestate testamentum; sed non cogitur esse ipsum tes-  
 tamentò nominatum haeredem probare, si apud ipsum  
 sit testamentum; instrumentum enim illius esse prae-  
 sumitur in cujus est potestate. Testamentum etiam, ut 145  
 sit locus missioni in possessionem debet esse integrum,  
 non cancellatum, abolitum, aut aliqua sui parte vitia-  
 tum: invisibile tamen vitium *praeteritionis, falsitatis,*  
 &c.

&c. non impedit, etsi opponatur, missionem, quum in hoc posessorio judicio summarie procedatur, & istae similesve exceptiones altiore requirant indaginem: unde si incontinenti probandae veniant (quod arbitrio Judicis relinquitur) missionem impediunt, *dict. leg. 2. tit. 14. 6. Part.*

Non tamen requiritur in opponente bonorum defuncti possessio, nisi exceptionem dominii opponat; qua opposita, si non possidet, non audietur, & ad reivindicationem, & viam ordinariam debet recurrere.

Quod diximus, *testamentum debere esse integrum, non cancellatum*, debet intelligi de cancellatione in parte substantiali, a qua tota ipsius virtus dependeat, alias sola pars cancellata ruit; quum si cancellatio, aut rasura ante signum Notarii correpta sit, in totum est validum testamentum, ut in instrumentis dicitur: unde non sufficit marginalis emendatio, licet manu ejusdem Notarii facta videatur; quamvis in scripturis ordinatum contextum habentibus nihil minuat earum fidem unius litterae in margine correctio, maxime si ex ipso contextu emendatum fluat.

Quaer. Si legitimus contradictor appareat, impeditur missio ex dicto remedio? Resp. Utique, si potiora jura ostenderit, imo & facta revocabitur. Erit legitimus contradictor, *qui tempore mortis defuncti, & quo missio petitur, res possidebat*: ut uxor respectu dimidiae partis bonorum adquisitorum constante matrimonio. Item, qui titulum a defuncto habet, & propria auctoritate (de voluntate tamen defuncti) bona post ejus mortem occupavit; aut qui titulum ab aliquo tertio habet, habilem ad translationem dominii; hoc enim re-

me-



medium, quum sit *adipiscendae*, non competit adversum titulo possidentem.

Similiter, si quis filium, aut ab intestato se esse asserat successorem, dum probet in continenti, legitimus contradictor erit; sicut & qui aliud testamentum prioris derogatorium ostendat, aut alleget.

Quaer. 3 Si duo, plurave testamenta contraria appareant ejusdem testatoris, sed cum diversis haeredibus, si non constat de eorum prioritatem, quod admittitur? Resp. Omnia, & pro sua parte haeredes in possessionem mittentur, *leg. 3. tit. 14. 6. Part.*

Quod diximus, legitimum esse contradictorem, qui a defuncto, vel ab alio titulum habebat, habilem ad translationem dominii; intelliges de eo qui simul veram habuit possessionem; nec enim dominium sufficit nisi possessione junctum, ut missio excludatur.

Quaer. 4 In judicio *legis final. de Edict. D. Hadr.* toll. quis est Judex competens? Resp. Si nullus contradictor appareat, Judex domicilii haereditis competens erit, & ut isti per Judicem territorii, ubi sunt res sitae, possessio detur, sufficiunt litterae, quas dicimus *Requisitorias*, a Judice domicilii expeditae. In interdicto tamen *quorum bonorum*, aut *haereditatis petitione*, solum est Judex competens, qui sit rei conventi.

Videamus jam quibus differant remedium *leg. fin.* & interdictum *adipiscendae quorum bonorum*.

Differunt I. quod interdictum *quorum bonorum* eo solum casu competit quo aliquis detentat, aut possidet res haereditarias; semper enim adversarium requirit: at remedium *dict. leg. fin.* & rebus vacantibus locum habet. II. *Illud* ex testamento solemniter, & publicato locum

habet, quum se haeredem esse haeres probare debeat: *istud* vero, non publicato testamento datur. III. In *illo* ordinarie proceditur; in *hoc* executive, & summarie sola exhibitione testamenti. IV. *Illud*, & testamento aliqua parte substantiali raso, vel cancellato locum habet, facto tamen probationis examine: secus *istud*.

- 153 Ultra superius dicta addimus: *petitionem haereditatis* etiam universali haeredi, vel ex testamento, vel ab intestato competere, contra universalem haereditatis possessorem, aut particularem rei alicujus; non quidem  
 154 pro consequendo illo jure intellectuali, & repraesentativo, hoc enim per additionem (quam hoc remedium supponit) expiravit, & fuit consequutus, sed ut, successore declarato, rerum, aut rei ipsi restitutio fiat: aut  
 155 totius haereditatis, si ex asse institutus fuerit, aut partibus ex qua sit haeres.

Advertendum tamen, solum dari *haereditatis petitionem* pro rebus, quas possidebat defunctus tempore  
 156 mortis, & in sua reliquit haereditate; alias, aut ad rei vindicationem, aut ad *Publicianam* recurrendum. Unde possessionem illam, tanquam suae intentionis fundamentum, haeres probare debet, aut saltem detentationem defuncti, quae sufficit ut obtineat.

Sed quia fortius jus habet, quam haeres, qui titulo possidet; non dabitur *haereditatis petitio* contra possidentem titulo habili ad translationem dominii: licet detur rei-vindicatio. Unde cautus haeres, ne iudicium  
 159 illusorium fiat, accumulare debet utramque actionem: potest enim cumulare plures qui dubitat facto adversarii, aut saltem non suo, de remedio sibi competenti, ipsasque conjunctim, vel alternative producere.

Notabis: Exceptionem possessionis cum titulo esse peremptoriam, & in qualibet parte litis proponi posse. Titulus tamen post litem contestatam quaesitus, coloratus, & fraudulentus habetur: unde ejus exceptio, nisi a vero domino procedat, non prodest.

Ex superioribus deducimus: Ergo tituli commodati, depositi, &c. non excludunt petitionem haereditatis. Idem dicendum de titulo *pro haerede* aut *possessore*. Pro *possessore* possidet, qui sine aliqua causa, aut titulo possidet: *pro haerede* vero, qui non est haeres, sed esse asserit. Haeres tamen illius qui aliquo ex his titulis possidet, non potest *haereditatis petitioni conveniri*; quia in persona sua fuit jam legitimatus. Verumtamen & contra ipsum *haereditatis petitione* agi poterit, si ille cujus sit haeres, universae haereditatis, de cujus petitione agitur, possessionem habuit; ne actor cogeretur alias pro singulis rebus possessis rei vindicatione agere, & de omnibus sigillatim probare dominium. Similiter filius suus & in potestate semper *haereditatis petitione* conveniri poterit; titulus enim *pro haerede* non habetur talis in filio. Ut tamen titulo possidens, qui sit aliterius haeres, agentem *petitione haereditatis* excludat, sufficit, quod ipsum post mortem defuncti sui adquisisset. Notabis denique, *petitionem haereditatis* non competere haeredi, qui, adepta jam possessione, ab ipsa ceciderit.

Quaer ? Qualiter hoc remedium debet proponi? Resp. I. Proponi posse universaliter; & tunc Judex, si actor generice reum conventum haereditatem possidere probaverit, ad restitutionem etiam generice condemnabit ipsum: & si id de rebus singularibus fecerit actor, pro

his tantum condemnabit: facit *lex 26. tit. 2. 3. Part.*  
 Proponi etiam potest specialiter pro re quadam singula-  
 ri: & si forte, pendente super ipsa iudicio, reus alias  
 166 possidere incoeperit, poterit actor & ipsas summarie  
 petere, implorato officio Iudiciis, quim novo libello  
 1001 indigeat, nam primus ad omnes virtualiter extenditur,  
 1012 ut in iudicio veniant, & restituantur. Similiter, & sum-  
 1013 marie proceditur, si lata sententia, reus res alias possi-  
 dere incipiat.

Proponi etiam potest *haereditatis petitio* adversum  
 1014 eum, qui etsi nullam possideat rem haereditariam,  
 haerodem esse intendit: & latae contra ipsum senten-  
 tiae hic erit effectus, ut quocumque tempore ad possi-  
 dendum perveniat, executiva via implorato Iudicis  
 officio, ad restitutionem condemnetur.

Deficit sane hoc casu (ante possessionem scilicet) ex-  
 tremum ad condemnationem ex parte rei necessarium;  
 sed tamen sustinetur remedium, eadem ratione qua ve-  
 re sine ullo corpore dicitur *haereditas*. Unde qui nec pos-  
 sidet, nec haerodem se esse asserit, hoc remedio con-  
 1015 veniri non potest.

167 Quaer. 3. Quibus differt *petitio haereditatis* ab in-  
 terdicto *quorum bonorum*? Resp. I. Hoc est mere poses-  
 sorium: illud mixtum, quum in ipso & haeres talis de-  
 claretur, & consequenter possessio ei restituatur. II. *Pet-  
 itio haereditatis* est iudicium plenarium: istud summa-  
 rium, ideo excludit exceptiones altiore indaginem re-  
 quirentes. III. In illa appellatio admittitur, quae in altero  
 denegatur. IV. In illa veniunt fructus, partus, & ac-  
 cessiones in quantum possessor factus est locupletior: in  
*interdicto* veniunt tantum a lite contestata, ut in coe-  
 te-

teris interdictis, si excipias *Unde vi*, quo veniunt a tempore violentiae.

Quaer. 3 Pro quibus competit interdictum *retinendae possessionis*? Primo dicimus, ipsum esse duplex, vel *uti possidetis* pro rebus immobilibus, vel *utrobi* pro mobilibus. Unde competit hoc remedium omni possessori, etiam injusto, dum non habeat injustam possessionem ab ipso quem hoc interdicto convenit, seu ab adversario. Datur contra eum qui se possidere contendit; & qui tum melius probat, in possessione defenditur. Similiter contra inquietantem, licet non contendat possidere: & non solum in inquietantem de facto, sed & adversus eum qui solo verbo cum possessoris jactura inquietat.

Quaer. 3 Procedit judicium *interdicti hujus*, si reus conventus nullo modo molestiam intulit actori, sed tempore oblationis libelli ipsius intentionem, & possessionem negavit? Resp. Utique; quum ipsa judicialis contradictio sit sufficiens inquietatio possessionis: sicut sufficit extrajudicialis negatio, ut procedat judicium in *confessoria* actione.

Quaer. 3 Competit *interdictum hoc* pro quasi possessione annuae praestationis? Resp. Si haec ex contractu, obligationeve personali procedit, non competit: in mere enim personalibus obligationibus, non est a jure proditum possessorium remedium aliquod; utique autem, si praestatio annua aliquid *reale* contineat, ut in solutione census, aut pensionis accidit. Sententia tamen *Canonistarum*, quae interdictum & illo casu sustinet, ut aequior, praevalet. Ex dictis deducitur, non dari pro dominio *retinendae* interdictum, ne agens dominium (quod sane non facile) probare cogatur.

Quaer.



- 173 Quaer. ? Quid debet petere, & concludere actor, ut *hoc interdicto* obtineat? Resp. Debet se dicere posessorem, talem petere pronuntiari, reum in re ipsa eum turbare, & concludere ut a molestia desistat, cum condemnatione ad interesse. Ex communi opinione (lege tamen non cauta) petere poterit satisfactionem *de non molestando in futurum*, & quidem in perpetuum si tale sit jus agentis, aut ad tempus, quia revocabile sit, ut usufructuarii jus. Similiter, potest criminaliter & civiliter contra inquietantem agere *actione injuriarum*.
- 174 Quaer. ? Quid debet speciale actor probare, ut *hoc interdicto* obtineat? Resp. Possessionemurbationis tempore, & litis contestatae: licet hoc tempore possedissee non tenetur probare; quam enim animo retineatur possessio, quae tempore violentiae fuit durare praesumitur, nisi reus probet contrarium.
- 175 Quaer. ? Quis est effectus *hujus interdicti*? Resp. Si actor quae diximus probabit, possessor pronuntiabitur, & reus, ut a molestia & in posterum desistat, condemnabitur, cum interesse molestiae praeteritae, & satisfactione quae ad haeredes extenditur, & successores. Interesse illud, ut id addamus, aestimabitur quanti actoris interest retinere possessionem, & non turbari, & ab
- 176 anno computabitur, ita ut si 10. annis inquietavit reus, in solo ultimo, non in novem prioribus condemnabitur.
- Notandum: tempus esse utile, cum sit *interdictum hoc* remedium Praetorium; & annus ille, aurbatione usque ad contestationem litis computabitur. Adde: quod solo actoris juramento interesse probari potest, si reus in adhibenda molestia dolosus fuisset. Denique, si reus iterum post condemnationem molestiam infert, actor
- pe-

petere poterit executionem sententiae cum omnibus suis poenis, & interesse; quia virtus *hujus interdicti* respicit quoque tempus futurum, & successivam molestiam.

Quaer. Si reus in hoc judicio victor existat, & postea molestet actorem, obstat huic ut iterum petat rei judicatae exceptio? Resp. Aut reus fuit ideo absolutus, quia non turbaverat actorem, aut quia iste, vel non possidebat, vel saltem non debito modo. Primo casu non obstat; secus altero, nisi jam mutata causa possessionis fuerit. Sin vero ex sola ratione quia actor non probabit, reus victoriam obtinuit, nisi aliud appareat ex actis, obstat rei judicatae exceptio.

Quaer. Quo modo Judex sententiam proferet, si uterque litigantium de molestia queratur? Ut respondeamus, notabis: posse duos eandem rem possidere, sed jure diverso, ut usufructuarius, & proprietatem qui habet. Si ergo uterque in solidum, & eodem jure possidere probaverit, obtinebit qui pluribus, melioribusve testibus (attentis personarum, dignitatum, & depositionum rationibus) id fecerit: si in hoc sint etiam aequales, qui antiquiorem probaverit possessionem: & si tempus est idem, qui justum suae possessionis titulum aperiat: quum vero nulla sit prorsus inaequalitas inter probationes utriusque, uterque debet pro indiviso possessor pronuntiari, ut accidit cum plures in domus ruinosae ex cautione *de damno infecto* in possessionem mituntur; vel cum plures in diversis testamentis, quorum prioritas ignoratur, instituti reperiuntur, aut cum in solidum pluribus res eadem legatur, &c.

Videamus jam quid sit interdictum *recuperandae*. Illud competit vi dejecto (hinc nomen *unde vi*) a possessione.

sione rei immobilis, sive per se, sive per alium possideat. Ejus effectus est, ut spoliatus restituatur, & adversarius in omni damno, & interesse, quod spoliatus dicat, etsi rei valorem excedat, condemnetur; facta tamen a Judice aestimatione secundum qualitatem expulsi, si dubium de damno oriatur, *leg. 9. in fin. tit. 10. 7. Part.*

181 *Ut hoc interdictum procedat*, tempore dejectionis possedisse, saltem naturaliter, debet probare spoliatus, aut paulo ante, quia continuasse ipsum creditur. Unde non competit detentatori, nec haeredi, aut emptori ante adeptam possessionem: nec pro rebus mobilibus, nisi seciindario, quum immobilibus pro quibus agitur continentur.

182 *Hoc interdicto agentis exceptio dominii*, etiam incontinenti probanda, non obstat: ante omnia enim spoliatus est restituendus, spoliatio probata, *leg. fin. tit. 10. 7. Partit.* adeo ut etsi proponat petitorium rei vindicationis, etiam non probato dominio, restitutio fiet, dum

183 constet spoliatio: nec spoliatum adversarius reconvenire poterit, nisi de alterius spoliatioe rei. Nota tamen: etsi spoliato dominii exceptio non obstat, si ejus discussionem patiatur, ipsa probata, excluditur: similiter, si notorius tituli defectus spoliato obstaret, (ut accidit Episcopo, aut Parocho spoliato quasi possessione extra suam Diocesim decimandi) aut confessio propria, &c.

Aequè: si spoliatus cum interdicto *recuperandae*, rei-vindicationem accumulet, non est restituendus si reus de dominio excipiat, & probet. Similiter non restituitur, si sine praëjudicio irreparabili nequeat restitutio fieri: tunc enim dominii exceptio incontinenti proban-

banda impedit, ut accidit marito uxorem petenti, quae de consanguinitate, aut de gravi excipiat saevitia viri, &c.

De accumulatione quam diximus, aut de *adipiscendae* interdicto capies *leg. 27. tit. 2. 3. Part.* quae supra dictis opponi videtur & *legi fin. tit. 10. 7. Part.*

Et competit interdictum *recuperandae* illis qui alterius nomine in possessione sunt, etiam sine domini mandato, cautione de rato, aut fidejussione: quum & amicus qui non detenet pro amico illud proponere valet. Datur quoque haeredibus, & contra haeredes, licet tunc non veniat damnum quod non transit ad ipsos.

Quaer. 2. Competitne contra successorem particularem? Resp. Hodie ex *LL. 10. tit. 10. 7. Part. & 2. tit. 14. libr. 3. Ordinam.* qui spoliavit (etiam ad se pertinere rem credens, aut possessionem, & sic sine dolo) rei dominium, si est dominus amittit; si secus, possessionem, & rei aestimationem restituet: & hic habes remedium *leg. Si quis in tantam Cod. Unde vi*, quod non tamen antiquat *recuperandae*. Si ergo particularis successor rem scienter accepit a violento possessore, ipso tenetur.

Ultra dicta, est & aliud remedium proditum, & dicitur *leg. fin. Cod. Unde vi*: quod ei competit qui, *absentia utraque amissa possessione, vult ab eo restitui, qui sciens vacantem rem occupavit.* In ipso veniunt quae omnia in interdicto *Unde vi*, ut interesse, &c.

Non datur *remedium illud* si aliqua manet penes absentem possessio, aut per medium servi, coloni, &c. quum supersit interdictum *Unde vi* eo casu. A quo differt, quod *istud* ab alio etiam quam expulso produci potest; sed *leg. fin. remedium* ab absentia reverso so-

lum: huic remedio obstat dominii exceptio, non enim ita peccat qui rem vacantem ingreditur: res ita occupata non afficitur vitio reali, unde a quovis *b. f.* possessore usucapi potest; quae omnia aliter in interdicto *Unde vi* se habent, aut re violenter ablata.

- 189 Sed notabis hocce remedium etiam pro mobilibus rebus competere. Notabis etiam: possessorem violenter  
 190 expulsum posse propria auctoritate qui dejecit expellere, si incontinenti faciat; & qui ita recuperavit, adeo a jure fingitur possessionem non amisisse, ut praescriptio currat incepta. Attenditur maxime, ut hoc obiter addamus, rei & expulsi qualitas, ut arbitrio boni viri dicatur dejecisse *incontinenti*.

- 191 Notabis denique: Interdictum *Unde vi*, etiam procedere in rebus incorporalibus, ut servitutes, &c. saltem quod dicunt *utile*, ob illam quasi possessionem. Usufructuario tamen & *directum* accommodatur, propter naturalem quam in re habet possessionem.

- 192 Quaer. ? Si rem quam olim possidebam, apud alium jam sit, ut iste ipsam clandestine possidere judicetur, sufficiet antiquam illam probare possessionem? Resp. Non sufficit, quia & vitium possessionis probetur: imo, nullum datur remedium possessorium. Accommodabitur tamen antiquo possessori interdictum *uti possidetis*, si possessionem illam, & in altero lapsu temporis fuisse derivatam, probaverit, quia censetur continuata in ipso civilis possessio.

- 193 Quaer. ? Quomodo probatur possessio? Resp. 1. per testes, vel instrumenta actum verum, aut fictum acquisitionis continentia. Hic notandum: ut per testes dicatur probata possessio, sufficit si in ipsa contestes sint, quam-



quamvis de diversis actibus deponant. II. Probata qualitate illa, ex qua possessionis fluat adquisitio, ut res esse majoratus, &c. III. Ex detentatione facti, quia vera ex ipsa praesumitur possessio, nisi aliud appareat ex qualitate personae, aut natura rei subjectae, ut in colonis, fructuariis, depositariis, & aliis vidimus. IV. Probato uso rem proprie possidentis ut arare, seminare, aedificare, &c. & ex perceptione fructum omnino optime. 194 V. Ex receptione mercedis, vel pensionis, &c.

Quaeres denique. Admittitur appellatio in causa possessionis? Resp. Non admittitur duabus jam prolatis aequalibus sententiis, quum sit ejus modicum praejudicium.

## LEX XLVI. TUARI.

### VI. TIT. VII. LIBR. V. RECOP.

## DE AEDIFICIIS, ET NOVI OPERIS NUNTIATIONE.

### LET XLVI.

„ **T**ODas las Fortalezas que de aqui adelante se hicieren en las Ciudades, Villas, y Lugares, y heredamientos de Mayorazgos; y todas las Casas de las dichas Ciudades, Villas, y Lugares de mayorazgo, asi las que de aqui adelante se hicieren de nuevo, como lo que se reparare, ò mejorare en ellas; y asimismo los Edificios que de aqui adelante se hicieren en las casas de mayorazgo, labranderia, è reparando, ò reedificando en ellas; sean asi de

„ mayorazgo, como lo son, ò fueren las Ciudades, Vi-  
 „ llas, ò Lugares, y heredamientos, y casas donde se  
 „ labraren. Y mandamos, que en todo ello suceda el  
 „ que fuere llamado al mayorazgo, con los vinculos, y  
 „ condiciones en el mayorazgo contenidas, sin que sea  
 „ obligado à dar parte alguna de la estimacion, ò va-  
 „ lor de los dichos Edificios, ni à sus herederos, ni  
 „ sucesores: pero por esto, no es nuestra intencion de  
 „ dar licencia, ni facultad para que sin nuestra licencia,  
 „ ò de los Reyes que Nos vinieren, se puedan hacer, ò  
 „ reparar las dichas cercas, y Fortalezas; mas que so-  
 „ bre esto se guarden las Leyes de nuestros Reynos, co-  
 „ mo en ellas se contiene.

**I** **D**isponit: quod aedificia cujuscumque sint qualita-  
 tis facta in rebus majoratus, sint ejus conditionis  
 ac res caeterae majoratus. Item: quod successor majora-  
 tus non sit obligatus uxori solvere, aut successoribus  
 eorum qui aedificarunt aliquam aestimationis partem.  
 Denique, quod sine Principis licentia, & observatis ad  
 id Regni legibus, nemo arces, maenia, &c. in dictis  
 rebus aedificare possit.

**2** Pro cujus perfecta declaratione sciendum: posesso-  
 rem bonae fidei sumptus in re aliena factos recuperare,  
 sine quibus peritura esset, *leg. 41. tit. 28. 3. Part.*  
 Recupera etiam utiles impensas, & voluntarias per  
 abrasionem sine detrimento prioris status, si dominus  
 non offerat pretium. Malae fidei posessor necessarias  
 etiam recuperat officio Judicis; utiles per abrasionem,  
 nunquam vero voluntarias *leg. 44. tit. 28. 3. Part.*

**ob.** Notabis: eum qui titulum in re habet, & est ejus  
 do-

dominus, licet gravatus restitutione, ut maritus, fiduciarius haeres, &c. actionem habet ad sumptus necessarios recuperandos, & utiles, si commode successores solvere possunt, imo & abrasio permittitur eorum qui voluntarii dicuntur.

Ex quibus iniqua hujus *legis nostrae* videtur decisio. Sed eam sustinendo dicimus, ideo successorem majoratus non teneri solvere impensas, quia quum rem brevi tempore teneat, iniquum esset ipsum tanto onere gravari.

Et aufert contra jus commune *lex nostra* aedificandi libertatem. Sed ut statuto tollitur altius tollendi libertas, a fortiori Princeps libertatem aedificandi corrigere potest; facit *lex 8. tit. 5. libr. 6. Recop. & lex 18. tit. 6. libr. 3. ejusdem, leg. 1. tit. 18. libr. 8. Recop.* ubi in crimem laesae Majestatis incidit, qui castrum, aut fortalitium sine licentia Principis aedificaverit, & intra mensem Principi non nunciaverit: facit etiam *lex 2. tit. 1. 2. Partit.* ubi Princeps potest privato rem propriam ob utilitatem publicam auferre, pretio soluto.

Hinc procedit, quod in flumine publico navigabili nemo sine licentia Principis molendinum aedificare potest; aut Oppidi vel Civitatis, in cujus territorio est flumen, si ipsum non sit navigabile, ita *leg. 18. tit. fin. 3. Part.*

Quaer. Si quis molendinum in flumine licite factum habeat, potest aliud facere in eodem flumine alius? Resp. Non potest si non omnibus aqua sufficiat, *leg. 18. tit. fin. 3. Part.* secus si omnibus sufficit, *leg. 5. tit. 31. 3. Part.* Et hoc casu, inferatne alteri damnum

respectu lucri nihil interst, quum damnum istud rei non cohaereat, *dict. leg. 18.* & a voluntate molentium dependeat. Qui tamen primo molendinum habet, aestatis, aut siccitatis tempore, aquam poterit continere, etiam cum damno alterius. Notabis: illud molendinum prius factum esse praesumi, si de prioritare non constat, quod superius est, naturae ordine ita exigente.

Nemo etiam aedificare potest in plataeis, viis, aliisque publicis locis sine licentia Principis; nec in fundo proprio, si aliquid, ex quo damnum oriatur, in loco publico projiciatur, *leg. 22. tit. fin 3. Part.*

13 Similiter nec pontem supra viam publicam extruere quis potest, quamvis habeat domos ab utraque parte: & ita aedificans amittit edificium quod Reipublicae applicatur, *leg. 23. tit. fin. 3. Part.* Nisi de civitatis licentia fecerit; sed tunc proportionem servata loci occupati census supra ipsam imponitur.

14 Eodem modo nec Turrim, aut Fortalitium, *leg. 7. tit. 7. libr. 4. Ordinatio nostr. leg. 46.* nec domum habitationis fortem.

15 Quaer. 2. Fortalitium jam factum poterit quis reficere si minatur ruinam? Resp. Jam factum ante *Leges Tauri* utique; non enim est novum aedificium facere:

16 sed si usque ad aream aedificium fuerit destructum, non potest reparari sine licentia Principis; nam novum est: & ita *lex nostra* intelligenda.

17 Notabis: & Judicem dominum compellere posse, ut aedificium ruinosum suis sumptibus reficiat: & si nolit, ex publico reparabitur, cui dominus, sub poena venditionis ipsius aedificii, pro solutione tenetur, *leg. penult. tit. fin. 3. Part.* De aedificiis publicis rui-

nosis, & de obligatione vicinorum ad eorum reparationem, loquitur *lex 20. eod. tit. fin. & Part.*

Quaer. 2. Quando officialis tenetur de vitio operis? 18

Resp. Quum illud vitiosum sit sua culpa, & consummatio operis ad ipsum spectasset; & tunc ad totum damnum, & interesse tenetur, *leg. 16. tit. 8. 5. Part.*

Vitio operis praesumitur dirutum aedificium, si infra 15. annos a tempore consummationis corruat, *leg. 21. tit. fin. 3. Part.*

Non potest etiam in solo proprio quis aedificare si 19 immitat aliquid, aut projiciat in fundo, domove alterius: & quidem si immitat, poterit iste auctoritate propria aedificium tollere; si vero projiciat, solum juris remedio. Si tamen a natura proveniat immissio, ut quum arbor radices immitit in fundum alterius, non auctoritate propria, sed utili interdicto de *arboribus caedendis*, arbor immissus tollitur si juxta domum sit, aut per pedes quindecim coerceri, si fundo rustico noceat.

In alieno solo nemo quoque aedificare potest, solo enim aedificium cedit, cujus dominus ad aestimationem materiae tenetur, si id fecerit aedificans bona fide, *leg. 44. tit. 28. 3. Part.* nisi iste malit illud auctoritate tollere propria. Qui servitutem debet *altius non tollendi*, nec etiam aedificare potest, *leg. 2. tit. 31. 3. Part.*

Quaer. 2. Quando est locus *nunciationi novi operis*? 20

Resp. Quum est opus incoeptum, nam consummato, interdictum datur *quod vi*, aut *clam*, si fuit ita factum, ut non potuisset denunciari; aut *uti possidetis*, si possideatur solum; quod interdictum, & cum palam aedi-



dificatum fuit locum sibi facit, si possessio sit. 3

- 22 Sed quum interdictum *quod vi*, aut *clam* etiam  
 81 competat post *denuntiationem novi operis*, concurrere  
 poterunt utraque remedia: inter quae sunt hae differen-  
 tia. I. *Novi operis nuntiatio* non habet locum pro re  
 communi. II. Non datur fructuario. III. Nec rusticam  
 servitutem habenti. IV. Nec colono, vel inquilino. De-  
 nique, interdictum *Quod vi*, aut *clam* & ei competit  
 cui aedificium factum non fuisse interst, etsi nec sit  
 91 dominus, nec possessor ut venditori qui rem jam tradi-  
 dit.

- 23 Quaer. 3. Quae personae nuntiare possunt? Resp.  
 Omnes quibus interst aedificium non fieri, aut ratio-  
 ne dominii, possessionis (etiam sine titulo) vel quasi,  
 24 aut juris servitutis urbanae (nam rusticam habens ser-  
 vitutem, nisi certo loco, aut determinata parte fundi  
 habeat ipsam, non potest nuntiare) aut etiam pigno-  
 25 ris, vel ususfructus, *leg. 4. tit. fin. 3. Part.* Ususfruc-  
 tuarius tamen nuntiare proprietario non potest, quam-  
 vis ipsi *confessoria* pateat, si jus suum impediatur ex  
 aedificio.

- 26 Etiam minor XIV. annorum nuntiare potest sine  
 tutoris auctoritate, quum faciat meliorem conditionem  
 suam: solo tamen verbo, quia possessionem amittit,  
 nuntiare non potest sine illius auctoritate: idem dicen-  
 dum, eademque distinctione de muliere conjugata.  
 27 Quilibet etiam amicus, aut extraneus etiam sine man-  
 dato *nuntiare* possunt, praestita tamen cautione rem  
 ratam dominum habiturum, *leg. 1. tit. fin. 3. Part.*  
 Non tamen colonus aut inquilinus, nisi pro firmitate  
 10 contractus dominus bona sua obligatus fuisset, (sem-

per tamen tenentur sub poena *interesse dominum* mōnere, si in ejus praejudicium aliquid fieri videant) aut si dominus fuerit absens. Denique, qui solum jus ad rem habet, ut donatarius, &c. *nuntiare* nequit.

Quaer. 2 Quibus *nunciatio* fit? Resp. Omnibus fieri poterit qui in re sint, cujuscumque sint conditionis, leg. 1. tit. fin. 3. Part. Commodum tamen erit *nunciare* Officialibus, statim enim se ab aedificando abstinere; debetque destrui opus factum post *denuntiationem*, & quidem Officialium sumptibus, si dominus sit ignorans. Etiam rei ipsae *nunciatio* fit, quum invenitur nullus; & in opere semper, leg. 1. tit. fin. 3. Part. nec valet alibi facta, licet tunc sit locus interdicto. Quod vi, aut clam, quamvis dominus suis sumptibus destruere non teneatur, nisi aedificatum a die quo fabris prohibere potuit.

Quaer. 3 Pro quibus rebus *nunciatio* fit? Resp. Pro publicis, & privatis: in his, ille cui interst; in illis, quilibet de populo admititur (nisi minor mulier, aut sit infamis, leg. 3. tit. fin. 3. Part.) si fit aedificium in via publica; sed si in alio loco publico, civis solum admititur; & si locus publicus ad usum publicum non spectet, ut fundus Civitatis, tantum potest *nuntiare* qui a Civitate mandatum habeat.

Quaer. 4 Qualiter fit *nuntiatio*? Resp. Tripliciter: Solo verbo, quo casu amittit statim possessionem denuntians: per *jactum lapilli*, & *auctoritate judicis*, leg. 1. tit. fin. 3. Part. Quandoque denuntiatio una pluribus sufficit aedificiis, si nimirum in omnibus exaudiri potest. Nota, ideo per primam denuntiationem possessionem amitti, quia timidus videtur, & meticulosus qui

suam aliter non tuetur.

- 33 Quaer. *¿* Quis est *denuntiationis* effectus? Resp. Ut si post eam aedificetur, sumptibus destruat<sup>r</sup> aedificantis, *leg. 8. tit. fin. 3. Part.* idque quamvis injusta fuerit (nunciator tamen in aliqua justa causa, vel generica, vel specifica intentionem suam fundare debet). Unde si jam erat incoeptum aedificium, *nunciator* sumat modulos mediante cordula, &c. ut altitudo cognoscatur. Hodie ex *leg. 9. tit. fin. 3. Part.* debet in opere supersedere aedificans per tres menses, etsi satisfactionem offerat de demoliendo opere suis sumptibus, & de damno, & interesse solvendo, si jus aedificandi non habuisse appareat. Quae dispositio, & *nuncianti*, & aedificanti utilis est; illi, quia si justam causam habet, praejudicium acciperet ex aedificio; isti, quia si non jure aedificabat, suis sumptibus aedificatum destrui debebat.

- Notabis, computationem trium istorum mensium a tempore oblatae satisfactionis currere, & lata contra aedificantem sententia, nullum nisi appellationis remedium habet; sed nec praestita satisfactione aedificabit, *dict. leg. 9. tit. fin. 3. Part.* Si autem fuit pro ipso judicatum, damna ab adversario actione de dolo, si dolo *denuntiatio* facta probetur, vel alia recuperabit.
- 35 Notabis etiam, quandoque posse nuntiatum aedificare adhuc non elapso trium mensium spatio: veluti si denuntiantem nullum jus *denuntiandi* habere constet; aut defectu personae, vel quia objiciatur ipsi aliquod instrumentum legirimum, aut quia causam injustam in *denuntiatione* expressit; vel interrogatus, aut ab Officialibus si in opere ipsis *nuntiavit*, vel a Judice expe-

petitione partis, talem esse appareat.

Ex quibus deducitur, quod licet in *denuntiatione* causa specifica non debeat exprimi; *nuntiator* tamen jus, vel causam *denuntiationis* suae probare tenetur, & eam reddere, si de ipsa quaeratur.

Similiter, continuari poterit aedificium *denuntiatum* etiam ante lapsum trium mensium, si maximum ea causa irrogaretur praejudicium aedificanti, quod supersederet, & nullum *nuntianti*; semper enim maxima modicae praefertur utilitati.

Quaer. Si causam impertinentem expressit in *denuntiatione* nuntiator, audietur si post alias proponere vult? Resp. Utiq; si durante primae causae propositae lite faciat; secus jam lata sententia. 38

Quaer. Quousque durat *nuntiandi* facultas? Resp. Quousque aedificium non sit consummatum: quum enim *denuntiatio* per modum competat facultatis, non praescribitur. Interdictum tamen *demolitorium* quod dicunt, ut aedificatum post *nuntiationem* propriis sumptibus aedificans destruere teneatur, annis 30. durat. Quum vero ad id fuit propositum, ut & adversarius interesse praestet, non durat, quia poenam continet, ultra annum; qui currit a die quo *nuntiatus* aedificare coepit. 39

Notabis, interdictum *demolitorium* in haeredes, & particulares successores transire, non tamen ut eorum sumptibus opus destruatur, nec ut praestent interesse, quum poena sit, leg. 6. tit. fin. 3. Part. nisi & ipsi scientes aedificaverint. 40

Notabis etiam, interdictum de novi operis *nuntiatione* ad haeredes *nuntiantis* active transire, si oimium aliquid post *denuntiationem* in vita sua defuncti 41

aedificatum fuit: sed si post ejus mortem, non poterit haeres *demolitorium* producere.

Item adde, non transire ad successorem particularem interdictum de novi operis *nuntiatione*: *nuntiationo* enim quaedam est protestatio quae in voluntate consistit; unde re integra, sicut mandatum, morte finitur: unum tamen est, quod si quis suo nomine, & haerendum nuntiasset, non finiretur morte, sicut nec mandatum, quum mandans noluit morte finiri.

## LEX XLVII. TAURI.

VIII. TIT. I. LIBR. V. RECOP.

### DE FILIO NUPTO.

## LEX XLVII.

„**E**L hijo, ò hija casado, y velado, sea habido por emancipado en todas las cosas para siempre.

**N**Otabis ex ista *lege*, filiam nuptam cum Ecclesiastica solemnitate, in omnibus, & in perpetuum pro emancipato haberi, ad differentiam juris communis. Et quamvis per Sacerdotium non eximatur filius a patria potestate, liberatur tamen quoad usumfructum, quem ipse acquirit in omnibus bonis intuitu Clericalis militiae acquisitis, aut quovis alio titulo. Ut tamen filius matrimonio a potestate liberetur, debet esse velatus, quamvis alias solus consensus in matrimonium effectus varios producat. Liberatur etiam filius a cura, etsi minor sit XXV. annis, *leg. 14. tit. 1. libr. 5. Recop.*  
per



per contractum matrimonii. Nec eo soluto ad potestatem redit: sibi omnia quaerit: potest esse in iudicio sine licentia patris, & cum eo litem habere; nec debet Judex sententiam dicere juxta voluntatem patris in delicto a filio in patrem commisso: non transmittet in posterum haereditatem non aditam in patrem jure suitatis: nepos non erit in potestate avi, nisi natus ex filio fuerit aut conceptus ante velationem.

## LEX XLVIII. TAURI.

## IX. TIT. I. LIBR. V. RECOP.

## DE USUFRUCTU PATRIS IN BONIS FILII.

## LET XLVIII.

„**M**Andamos, que de aqui adelante el hijo, ò hija, casandose, y velandose, hayan para sí el usufructo de todos sus bienes adventicios, puesto que sea vivo su padre; el qual sea obligado à se lo restituir, sin le quedar parte del usufructo dellos.

**E**X *Lege* ista tenetur pater filio restituere jam nupto, & velato usumfructum omnium bonorum adventitiorum. Et pro ejus declaratione notabis: patrem adquirere usumfructum in bonis adventitiis filii, *leg. 5. tit. 17. 4. Part.* idque etsi transeat ad secunda vota, & quamvis ususfructus solus ipsi relictus fuisset, nam & hoc casu commoditas saltem patri acquiritur, in eoque durat adhuc mortuo filio: unde ususfructus filio relictus simpliciter, id est, nulla sua aut patris expressa

con-

contemplatione , donec utriusque vita finiatur , non expirat , & superviventi quaeritur.

3 Haec patris usufructuaria ( ut ita dicam ) adquisitio  
4 & locum habet in bonis majoratus ex linea materna  
5 filio obvenientibus , quum & ipsa adventitia sint ; ipsum  
tamem amittit quum moritur filius , ut caeterorum bonorum restitutioni subjectorum.

6 Supponit autem haec adquisitio filium in potestate ; nam si emancpaverit , dimidiam tantum ususfructus partem quasi pretio emancipationis pater retinebit , *leg. 15. tit. 18. 4. Part.* & post emancipationem jam nullum pater acquireret.

Notabis tamen : nullam ususfructus retinere patrem portionem , si filium lex ipsa emancpaverit ; ut in casu *nostrae* : quae locum habet , etsi post contractum jam matrimonium uti frui filius permisisset patri ; & quamvis sine licentia patris matrimonium fecerit. (\*)

Quaer. ; Si filius nubat jam emancpatus , poterit a

(\*) Post haec scripta magno plausu promulgatam vidimus jussu nostri Regis piissimi *Pragmaticam* , quae omnium manus nunc detinet , datam die 23. Martii hujus anni. Ea cautum , & inter justas causas exhaeredationis merito numeratur si filius sine consilio & consensu patris , & si hic deficiat matris , aut consanguineorum si nec ipsa extet , in matrimonium abeat. Non est in animo , nec legibus possumus ipsius facere expositionem : sed a die promulgationis suae pater non amplius erit restituere obligatus usumfructum bonorum adventitiorum , si filius nupserit sine consilio & consensu ipsius. *Leges For. 5. & 14. tit. 1. libr. 3.* jam pridem id ipsum fortius equidem disposuerant , ut *Leges Partiarum* hic omitamus , quin & constitutiones plurimas ipsius juris Canonici , sub cujus umbra salutares illae & antiquae Leges in nostra Hispania abierant in desuetudinem.

patre alteram ususfructus partem emancipationis supers-  
titem petere? Resp. Utique: quum ratio *nostrae legis*  
de onere matrimonii sustinendo & hic locum habeat.

Advertendum nunc est: filio per Episcopalem, 7  
Consularemve dignitatem a patria potestate liberato,  
patrem usumfructum retinere nihilominus bonorum fi- 8  
lii adventitiorum. Unde a fortiori retinebit si solum sit  
filius Clericus, quum non liberetur a potestate: itaque 8  
filiusfamilias Clericus de bonis adventitiis, in quibus  
pater usumfructum habet, disponere non potest; licet  
id optime faciat de bonis Praebendae, aut Beneficii, de 8  
quibus intelligenda fortassis *lex 3. in fin. tit. 21. 1. Part.*  
Similiter hunc retinet usumfructum pater tempore vi-  
tae suae, si filius Religionem ingrediatur, quamvis sic 8  
ab illius potestate exeat.

Quaer. Si ipse pater, quilibetve fructuarius in- 8  
grediatur Religionem, amittit usumfructum? Resp. Non:  
transit in Monasterium commoditas, quamvis in Mo- 8  
nacho jus ususfructus tempore vitae suae residet.

Quaer. Potest hunc usumfructum filio remittere 9  
pater? Resp. Utique, & valet remissio etiam patris mor-  
te non expectata; quum nihil de suo patrimonio demi-  
nuat, tantumque renuntiet legali lucro: unde nequit 8  
ab aliis fratribus tanquam inofficiosa haec donatio re-  
vocari, nec etiam in *Tertio*, & *Quinto* computabitur,  
nec tenetur conferre filius.

Unum tamen est, quod si pater non expresit, sed 10  
tantum consensit ut fructus perciperet filius, ex hac  
patientia non videtur in perpetuum ususfructus remis-  
sus, sed solum fructus quousque patientia duret.

Notabis obiter, quod si aliquid donatum sit filio  
sub

sub conditione ne quaeratur ususfructus patri, quum disponentis voluntas sit observanda, non quaeretur ususfructus patri.

**I 1** Quaer. 2 Poterit mater filio, vel filiae legitimam relinquere sub dicta conditione? Resp. Non: legitima

**I 2** enim omne gravamen excludit, tan respectu filii, quam patris.

**I 3** Quaer. 2 Si pater, & filius simul, & aequaliter ab extraneo haeredes instituantur, acquiritur ususfructus patri in parte illa quae filio pertinet? Resp. Utique: sed

**I 4** notabis, patrem legitimum esse administratorem bonorum filii in quibus usumfructum habet, *leg. 5. in fin. tit. 17. 4. Part.* nec administrationis tenetur rationem

**I 5** reddere, aut inventarium facere, usufructu finito: si tamen dolose aliqua bona mobilia, vel immobilia alienavit pater, potest contra ipsum ejusve successores

8 filius agere ad eorum aestimationem, nisi ipsius sit haeres;

**I 6** nam pro qua parte sit, agere nequit, *leg. 24. tit. 13. 5. Part.*

**I 7** Notabis: quod eo casu quo usumfructum pater non acquirit, potest esse filii tutor, aut curator: & tunc ut extraneus rationem reddere tenetur.

**I 8** Quaer. 2 Si pater, qui est legitimus filii administrator, rem istius immobilem vendat, eget auctoritate Judicis, si sit minor filius 25. annorum? Resp. Utique: quamvis contraria sententia, propter confidentiam quam in patre jus habet, quia communis tenenda sit.

177  
LEX XLIX. TAURI.

I. TIT. I. LIB. V. RECOP.

LET XLIX.

„**M**Andamos, que el que contragere matrimonio,  
„ que la Iglesia tuviere por clandestino, con  
„ alguna muger, por el mismo hecho él, y los que en  
„ ello intervinieren, y los que de tal matrimonio fueren,  
„ testigos, incurran en perdimiento de todos sus bie-  
„ nes, y sean aplicados à nuestra Camara, y sean des-  
„ terrados de estos nuestros Reynos, en los quales no  
„ entren, so pena de muerte; y que esta sea justa causa  
„ para que el padre, y la madre puedan desheredar si  
„ quisieren à sus hijas, que el tal matrimonio contra-  
„ geren: lo qual otro ninguno no pueda acusar, sino el  
„ padre; y la madre, muerto el padre.

**D**isponit: quod bona amitant, & exilium perpe-  
tuum (sub poena mortis si violaverint) incur-  
rant, qui contrahant matrimonium clandestinum, ejus  
mediatores, & testes. Similiter, quod ex hac causa fi-  
lia possit juste exhaeredari. Denique, quod solus pa-  
ter, aut mater, eo mortuo, accusare potest qui ita  
contraxerint.

Pro cujus declaratione notandum, matrimonium  
illud clandestinum esse quod sine solemnī denuntiatio-  
ne in Paroquiali Ecclesia, & sine benedictionibus fit.  
Unde a poena liberantur qui contrahunt in facie Ec-  
clesiae, etsi non praecedant denuntiationes.



- Nota: Validum esse matrimonium clandestinum:  
 2 & *legem nostram* non se immiscere in spiritualibus;  
 solum adjuvat jus Canonicum.

Hodie tamen, post Concilium Tridentinum, quum  
 ejus *cap. 1. sess. 24. de Reform. matrim.* matrimonium  
 clandestinum aliter contractum, quam praesentibus  
 Parocho, & duobus testibus, nullum sit ipso jure; poe-  
 na superius posita non practicatur.

## LEX L. TAURI.

### II. TIT. II. LIBR. V. RECOP.

#### LET L.

„ **L** A ley del *Fuero*, que dispone, que no pueda el  
 „ marido dar mas en Arras à su muger de la de-  
 „ cima parte de sus bienes, no se pueda renunciar; y  
 „ si se renunciáre, no embargante la tal renunciacion,  
 „ lo contenido en la dicha ley se guarde, y egecute;  
 „ y si algun Escrivano diere fé de algun contrato en  
 „ que intervenga renunciacion de la dicha ley, man-  
 „ damos que incurra en perdimiento del Oficio de Es-  
 „ crivanía que tubiere, y de alli en adelante no pue-  
 „ da usar mas dél, so pena de falsario.



## LEX II. TAURI.

## III. EOD. TIT. ET LIBR.

## LEX LI.

„ **S**ila muger no hubiere fijo del matrimonio en que  
 „ interviniere promision de Arras, y no dispone  
 „ expresamente de las dichas Arras, que las haya el he-  
 „ redero, ò herederos della, y no el marido, ora la  
 „ muger faga testamento, ò no.

## LEX LII. TAURI.

## IV. EOD. TIT. ET LIBR.

## LEX LII.

„ **Q**ualquiera Esposa, ora sea de presente, ora  
 „ sea de futuro, suelto el matrimonio, gane  
 „ (si el Esposo la hubiere besado) la mitad de  
 „ todo lo que el Esposo le oviere dado antes de consu-  
 „ mado el matrimonio, ora sea precioso, ò no. Y si  
 „ no la hubiere besado, no gane nada de lo que le ovie-  
 „ re dado, y tornese à los herederos del Esposo. Pero  
 „ si qualquier dellos muriere despues de consumado el  
 „ matrimonio, que la muger, y sus herederos ganen  
 „ todo lo que siendo desposados le ovo el Esposo dado,  
 „ no haviendo Arras en el tal casamiento, y matrimo-  
 „ nio: pero si Arras oviere, que sea en escogimiento de  
 „ la muger, ò de sus herederos (ella muerta, tomar las

„ Arras, ò dejarlas, y tomar todo lo que el marido le  
 „ ovo dado, siendo con ella desposado: lo qual hayan  
 „ de escoger dentro de veinte dias despues de requeri-  
 „ dos por los herederos del marido; y sino escogieren  
 „ dentro del dicho termino, que los dichos herederos  
 „ escojan.

## LEX LIII. TAURI.

VIII. TIT. IX. EOD. LIBR.

### LEX LIII.

„ **S**I el marido, y la muger, durante el matrimonio,  
 „ casaren algun fijo comun, y ambos le prometie-  
 „ ren la dote, ò donacion *propter nuptias*, que ambos  
 „ las paguen de los bienes que tubieren ganados duran-  
 „ te el matrimonio; y si no los hubiere que basten à  
 „ la paga de la dicha dote, y donacion *propter nuptias*,  
 „ que lo paguen de por medio de los otros bienes que  
 „ les pertenecieren en qualquier manera: pero si el pa-  
 „ dre solo, durante el matrimonio, dota, ò hace do-  
 „ nacion *propter nuptias* à algun hijo comun, y de tal  
 „ matrimonio hubiere bienes de ganancia, de aquello  
 „ se pague en lo que en las ganancias cupiere; y sino  
 „ las hubiere, que la tal dote, ò donacion *propter nup-*  
 „ *tias* se pague de los bienes del marido, y no de la  
 „ muger.

**P***rima* disponit, quod maritus non possit renunciare *legi Fori*, quae prohibet ultra decimam bonorum partem in viam *arrhae* donare uxori; nec si fecerit, renunciatio valeat. Similiter, Tabellionem fidem de renuntiatione facientem, amissione sui damnat officii, ita ut in posterum sub perfidiae poena nequeat eo uti.

*Secunda* statuit, quod *arrha*, uxore mortua, ab istius, non mariti haeredes perveniat nisi fuerit aliud dispositum.

*Tertia*, quod dissoluto matrimonio ante ejus consummationem, sponsa medietatem donati ab sponso lucretur, dum ipsam fuerit osculatus. Et si quis eorum consummato jam matrimonio decedat, totum uxor quod dum sponsi erant ipsi donatum fuit lucretur, si *arrha* defuit: sed si haec intervenit, aut ipsa, aut ejus haeredes intra dies viginti, vel *arrham*, vel quod donatum fuit, debet eligere; sed illis transactis electio competit haeredibus mariti.

Decernit *ultima*, quod si maritus, & uxor communem filium matrimonio junxerint, amboque dotem, donationemve *propter nuptias* pronisserint, debet hoc extrahi ex bonis in matrimonio acquisitis; & si haec non sufficiant ex aliis ad utrumque, quavis alia ratione, pertinentibus. Sed si solus pater promissit, bonis in matrimonio quaesitis exhaustis, recurretur ad bona patris.

Pro omnium declaratione sciendum: donationes inter virum, & uxorem varia in jure nostro nomina habere: quandoque *sponsalitia largitas*, quandoque do-

*natio propter nuptias*, aliquando *arra*, aliquando *dos*, nonnumquam *donatio simpliciter inter virum & uxorem*: denique dicitur *donatio reciproca medietatis lucrorum constante matrimonio adquirentium*. Videamus singula.

2 Est igitur sponsalitia largitas *donatio illa quae inter sponso fit de futuro*, propter matrimonium contrahendum: hancque tacitam habet conditionem *si matrimonium sequatur*, *leg. 3. tit. 11. 4. Part.* Eo autem sequuto, aut si partes convenerint ut non reverteretur ad donantem, statim fit pleno jure accipientis. Si vero nec matrimonium sequatur, nec de reversione aliquid actum fuerit, tunc, si culpa donantis factum non est, quod dedit amitit, & restituet quod recepit: & si donatarii culpa, restituit acceptum.

3 Quid si per casum, ut alterius mortem? Resp. Si sponsus donavit, donatum recuperat si osculum, aut copula non interfuit; nam eo interveniente, dimidium tantum, & hac, nihil repetit, *dict. leg. 3. tit. 11. 4. Part. leg. 5. tit. 2. libr. 3. For. LL.* Si autem sponsa donavit, omni casu recuperat donatum si morte sponsi non sequatur matrimonium, nisi quum copula interfuit, quum ipsa conditionem adimpleat, *dictis. LL.*

4 Quaer. Quid quare lucratur sponsa per osculum dimidium donati, & non sponsus? Resp. Quia iste per ipsum nihil amitit; & in sponsa minuitur saltem honestas, nec mortuo sponso facile inveniet virum, *dict. leg. 3. tit. 11. 4. Part.* Nota obiter: Ex hac nostra *leg. 52. Tauri* haec omnia procedere in sponsis de praesenti.

Quaer. Quid Si donatum ab sponso pretiosum fuerit, ha-



habet locum quod diximus de acquisitione medietatis per osculum? Resp. Utique, quum *lex* 52. indistincte loquatur. Eam tamen limita, nisi donatum octavam dotis partem excedat, *leg. 1. in fin. tit. 2. libr. 5. Recopil.* Quae vestes, & quid pretiosum aliud dicatur, arbitrio Judicis relinquitur, attenta personarum qualitate aestimandum. Sed si constante jam matrimonio res istae donatae fuerint, non eas acquirit uxor; potius enim quam donatae, ad decorem datae dicuntur; & ita capies *leg. 23. in fin. tit. 11. 4. Part.*

Quaer. 2 Si simpliciter sponsus vestes & ornamenta preciosa tradidit nuptiarum tempore & velationum, procedit distinctio quoad acquisitionem *num. 4.* tradita? Resp. Utique, ex superiori ratione generalitatis *leg. 52.* imo & hoc tempore donatum, dicitur *sponsalitia largitas.*

2 Sed quid, quum quo tempore donatae fuerint dubitatur? Resp. Aut domo sponsae donatum fuit, & factum ante matrimonium praesumitur; aut domo sponsi, & contrarium dicendum.

Quaer. 2 Si inter sponsores ante quam aliquid fuerit donatum osculum intervenerit, aut copula, procedit *lex* 52. in postea donatis? Resp. Utique, quum adhuc sponsi dicantur, usque quo accipiant velationes, & Ecclesiae benedictiones: dum tamen sint jam contracta sponsalia, secus si post osculum, aut copulam & ipsa & matrimonium sequantur, nihil enim lucrabitur sponsa.

Quaer. 2 Si sponsalia sint nulla juris prohibitionem, habet locum distinctio *leg. 52.*? Resp. Non, sed indistincte sive osculum, sive copula interfuisset donatum sponsa-

sponsus repetit: error enim circa causam impeditivam matrimonii donationem vitiat. Unde si sponsus non sit impedimenti ignarus, repetere non poterit: & si uterque erat conscius, Fiscus vindicat.

- 8 Quaer. 2 Si sponsa de futuro religionem ingredietur lucratur per osculum medietatem donati ab sponso? Resp. Utique, ex cap. *Decreta legalia* 29. c. 27. q. 2. Quam & pactum lucrandae dotis in casum mortis, & locum habet in casum Religionis.

Quaer. 3 Si res donatas alienavit sponsus, praefertur uxor pro ipsis creditoribus aliis anteriorem hypothecam habentibus? Resp. Non, licet sit secus in rebus dotalibus. Transeamus ad donationem propter nuptias.

- 9 Ea est, quam pater, maritus, vel alius uxori propter matrimonium facit, in dotis securitatem: & fit uxoris matrimonio constante, eoque dissoluto, ad maritum revertitur, leg. 1. tit. 11. 4. Part. Sed ut ejus clarius natura cognoscatur, ipsius convenientias, & differentias cum dote numeravimus.

- 10 Conveniunt 1. nomine donationis 2. Sicut dominium dotis ad maritum transit, & eo soluto ad uxorem revertitur: ita hujus donationis dominium uxori quaeritur, ut marito restituatur. 3. Sicut dotare filiam, ita filio hanc facere donationem tenetur pater. 4. Sicut maritus res dotales matrimonio constante vindicat, ita uxor donatum propter nuptias, si maritum posessorem tamen excipias, nisi & ipse vergat ad inopiam, aut donatum ex pacto debeat uxor lucrari, vel ipsi non restituatur, soluto matrimonio. 5. Sicut maritus dotem constante matrimonio alienare non potest, etiam de

uxoris consensu, ita ipse nec hanc donationem. Imo, quamvis uxor juri hypothecae, quod habet pro dotis securitate, renuntiare possit, si maritus est solvens, & si remissio sit hypothecae generalis inductae a lege; non tamen isti donationi, aut juri quod in ipsa habet. 6. Si maritus paciscatur de dote lucranda, censetur pactum in ista donatione respectu uxoris, etsi nihil sit actum. 7. Sicut in dote locum habet tacita stipulatio, ita in hac donatione. 8. Sicut dos confertur, & a filia ascendentibus succedens computantur; ita a filio haec donatio. 9. Sicut res restitutioni subjectae, ex causa dotis alienari possunt; ita ex causa hujus donationis. 10. In eadem quantitate qua dos constituitur. 11. Potest sicut dos matrimonio constante augeri. Denique, sicut sine traditione ex titulo dotis dominium non transit; ita ex titulo hujus donationis.

Differunt tamen, 1. Maritus dotem possidet, sed non uxor hanc donationem. 2. Maritus lucratur fructus dotis, sed uxor non percipit rerum sic donatarum.

Notabis autem, fructus constante matrimonio perceptos ex quibuscumque bonis, sicut & caetera lucra communia esse, si velit uxor solvere pro dimidia parte debita eo constante contracta, *leg. fin. tit. 3. libr. 3. For. LL. & leg. 3. tit. 4. libr. 5. Ordinam.*

Notabis etiam, hanc donationem propter nuptias in usu non esse; sed loco ipsius maritus omnia sua bona obligat pro dotis securitate. Jam de *arrhis* videamus.

*Arrha* fuit quoddam signum, vel pignus, quod inter sponsos de futuro, aut parentes, vel eorum consaguineos dabatur in signum matrimonii, & ejus cor-

roborationem, *leg. 1. tit. 11. 4. Part.* Sed non est in usu, nec arrha accipitur amplius.

Ita ut hodie sit *quaedam donatio ab sponso facta sponsae de futuro, vel praesenti in remunerationem dotis, virginitatis, aut nobilitatis, &c.* & ipsa eam lucratur matrimonio soluto; potestque eo constante fieri, quum non sit simplex donatio, sed propter nuptias, *leg. 1. tit. 11. 4. Part. & 87. tit. 18. 3. Part.*

- 13 Haec donatio non potest decimam bonorum partem excedere, *leg. 1. tit. 2. libr. 3. For. LL. & nostr. 50. Tauri.* Dicuntur bona, quae deducto aere alieno supersunt; quae maritus bona fide possidet, & quae ipsi cum actione debentur.

Arrharum quantitas tempore promissionis est aestimanda: & in dubio quolibet uxori, ejusve haeredibus onus probandi incumbit de facultatibus mariti, alias haeredes mariti obtinebunt, etsi nihil probaverint.

Itaque si dictam bonorum partem promissio excedat, non valet, *dict. leg. 1.* cui renuntiare nequit maritus, nec Tabellio aliquis fidem de renuntiatione facere sub poena amissionis officii, *nostra leg. 50.* Si tamen jurata fuerit, etiam ultra decimam partem promissio facta erit valida, juramento enim firmatur. Et de futuris bonis tenet promissio arrharum, si quis quo tempore contrahit pauper est; poteritque uxor eas petere & assignare, dum tamen decimam non excedant, *leg. 2. tit. 2. libr. 3. For. LL.* Fit quoque haec *arrharum* donatio tam virgini, quam viduae, *dict. leg. 1. prop. fin.*

- 14 Minor etiam 25. annorum *arrhas* promittere potest cum

cum auctoritate curatoris si quem habeat: nam si eo careat, solum poterit dum in pecunia, aut rebus quae servando servari non possunt, consistent; ad immobilium enim alienationem requiritur decretum Judicis. Notabis tamen, quod si rerum istarum facta donatio fuisset, ratificatur transacto quinquennio post annum 25. sicut & rei cujuslibet immobilis alienatio facta ex causa onerosa.

Nota etiam, uxore mortua, ejus haeredibus, non superstiti marito, *arrhas* pertinere, *leg. nost. § 1.* quae corrigit *leges 1. tit. 2. libr. 3. For. LL. & 6. tit. 1. lib. 3. del Fuero Juzgo.*

Sequitur *dotis* explicatio, quae est *donatio marito* 15  
*facta ad sustinenda onera matrimonii*, *leg. 1. tit. 11. 4. Part.* potestque ab uxore ipsa, patre, consanguineo, aut quolibet alio promitti, *dict. leg. 1.* potestque praecedere, vel matrimonium subsequi, nullo enim est tempore prohibita, *dict. leg. 1.* quim & omnium honorum fieri poterit; nam *lex 69. infra* de simplici donatione inter vivos intelligenda.

Quaer. ? Si simpliciter mulier contrahit matrimonium, videtur hoc facto omnia sua bona in *dotem* dare? Resp. Nisi aliud appareat, non videtur: & quum hoc expresse dicitur, & bona futura possunt in *dotem* dari.

Nota: *dotem* simpliciter promissam tacitam in se 18  
 habere conditionem *si matrimonium sequatur*, nec ante agi posse, *leg. 11. tit. 11. 4. Part.* Unde a tempore contracti matrimonii tempus adjectum solutioni dotis currere incipit, *leg. 12. dict. tit. & Part.* nisi terminus in specie & individuo fuerit appositus; tunc enim



statim currere incipit.

- 19 *Dos* a traditione, vel a promissione incipere poterit. A traditione, si actualiter viro aliqua bona tradantur in *dotem*; a promissione, si pacto nudo, vel stipulatione promissio fiat; quae stipulatio hodie tacita fingitur a lege, tan ex parte uxoris, ut dotem repetat, quam ut eam exigit, ex parte viri, cui tacita competit hypotheca (absque praelatione tamen) in bonis promitentis, leg. 23. tit. 13. 5. Part.

Etsi autem incerta fuerit *dotis* promissio, est valida, fierique potest per stipulationem, aut pollicitationem; ex qua etiam jure nostro oritur actio. Et quum pater uni ex filiis *dotem* certam promissit, & alteri incertam, eandem quantitatem huic assignare videtur.

- 20 Notabis: quod si matrimonii tempore, aut eo constante uxor simpliciter promitat, aut tradat viro rem certam, vel quantitatem pecuniae, ex causa *dotis* videtur facta promissio.

Notabis aequae: bona uxoris cujusque triplicis generis esse posse. *Dotalia*, seu data expresse in *dotem*, in quibus maritus, constante matrimonio, dominium, administrationem, & fructuum perceptionem habet, nomineque suo actiones exercet. *Paraphernalia*, seu quae extra *dotem* habet, quorum tamen custodiam, & administrationem marito concessit, quum is dominium habeat, sed uxoris solum nomine defendat: & *bona propria*, in quibus nihil marito concessit, nec in his potest agere, nisi tanquam conjuncta persona, praeserta cautione de *rato*. Ne tamen inde inferas, uxorem sine viri licentia pro his bonis agere posse. Et  
de

de ipsis nota, quod haeredes non nisi rei vindicatione, aut ad exhibendum actione, ea soluto matrimonio petere posse.

Notabis etiam: quod si simpliciter *dotem* pater 21 promissit, *donationemve propter nuptias*, etsi bona filii administret, sitve ejus debitor; non intelligitur ideo 22 nisi promisisse de patrimonio proprio. Si tamen pauper fuerit, & *dotem* de suo, filiorumque patrimonio promissit, de suo quatenus solvendo est intelligitur promisisse. Si vero dives fuerit & quum ita promissit, de suoolvere cogitur, nisi forte expresisset quantitatem de suo, & filiorum patrimonio extrahendam.

Advertendum tamen, quod si promissit pater filio, aut filiae extra potestatem, quorumque bona administrabat, *dotem*, aut *donationem propter nuptias*, in dubio intelligitur de eorum promisisse bonis; nam filios sic constitutos non tenetur dotare. Ex quo collige, quod si cuidam puellae promisserit *dotem* extraneus, nisi ejus fuerit administrator donare videtur; fortis est enim praesumptio quae resultat ex administratione.

Quaer. 2 Quare si pater filio alimenta praestat, de bonis filii erogare videtur, si autem bona promitat, etsi legitimus fuerit administrator videtur promittere de propriis? Resp. Quia alimenta in subsidium debentur, quum non habeat filius aliunde; dotare autem publico favore tenetur ut possint quibus nubant invenire filiae.

Quaer. 3 Si mater, ascendens, vel extraneus *dotem* pro filia, aut extraneo promitat, quae filiae, aut extranei patrimonium excedat, tenetur quod deficiat de suo supplere? Resp. Extraneus non tenetur, adminis-

nistratorio enim nomine promississe videtur. Mater vero, aut ascendens tenentur, ratione naturalis conjunctionis.

Observandum est: hodie ex *nostr. leg.* § 3. si sint bona constante matrimonio acquisita, & simpliciter *dotem* pater promittat, de his promittere intelligitur, quum ea ex necessitate alienare possit, *leg. fin. tit. 4. libr. 5. Ordin.* & onus dotandi filias superveniat matrimonio constante. Idem dicendum ex communi sententia etsi eo soluto *dos* fuerit promissa. Unde deducitur, non totam *dotem* filiam mortuo patre conferre teneri, sed quod respondeat medietati lucrorum patris, *leg. 14. tit. 6. libr. 3. For. LL.*

25 Quaer. § Qualiter pater & mater tenentur si *dotem* simul promisserunt? Resp. Uterque pro medietate, *nostr. leg.* § 3. Idemque dicendum si pater & extraneus simul promittant.

26 Quaer. § Pro *dote* promissa poterit obligari fidejussor? Resp. Si de restitutione ipsius uxori facienda agatur, non obligatur, ne oriatur discordia inter maritum, & uxorem: ut autem marito detur, recte obligabitur.

Notabis autem, quandoque & primo casu tenere fidejussorem, veluti si ante matrimonium *dos* fuisset soluta, obligari poterit fidejussor, ut eo non sequuto restituatur: similiter, marito vergente ad inopiam, aut jam matrimonio soluto; vel si ipsius mariti pater fidejussor fuerit, fortissimus enim istius amor omnem praesumptionem tollit. Item si fidejussor juravit, tenebitur; & si non mulieri, sed extraneo dotanti restitutio facienda sit; aut si in loco contraria sit consuetudo.

Quaer.

Quaer. ¿ Si alius pro muliere *dotem* promissit, cui, 27  
matrimonio soluto, restitui debet, dotatae an dotanti? 28  
Resp. Si pater promissit pro filia, hodie tota actio fi-  
liae quaeritur, quum sui juris efficiatur per matrimo-  
nium, *leg. 47. Taur.* Idem dicendum si extraneus *do-*  
*tem* promitat, nec incontinenti sibi reddi fuerit sti-  
pulatus, quum sufficiat alternativa, aut impersonalis  
stipulatio: sed si conjunctim, & sibi, & dotatae, pro  
dimidia dotis parte actio quaeritur; idque *dotis* favore.

Quaer. ¿ Promissio, aut legatum *dotis* est purum, 29  
aut conditionale? Resp. Si qui promissit est pater, &  
non fuit filiae legitima relicta, est purum, etiam in  
quantitate quae forte legitimam excedat; si autem le-  
gitimam ei reliquit, aut qui promissit extraneus est,  
est conditionale; *dos* enim sine matrimonio non con-  
sistit, nec illum mulier petere poterit, nisi jam ma-  
trimonio per verba saltim de praesenti contractio.

Quaer. ¿ Si pro maritandis puellis legatum aliquod  
relinquatur, inter eas quae sunt solum nubilis jam ae-  
tatis expendi debet? Resp. Utiq; ex voluntate testa-  
toris, nisi aliquam, aut quasdam puellas nominasset;  
tunc enim inter has debet expendi, etsi impuberes  
sint.

Quaer. ¿ Propter *dotem* non solutam, poterit licite 30  
maritus petere usuras? Resp. Si onera matrimonii sus-  
tinuit, utique post moram debentur, magis enim quam  
usura proprium censetur interesse. Similiter, si inte-  
rim pignora data fuissent; eorum fructus percipere po-  
terit: qui si onera ipsa & impensas matrimonii exce-  
dant, compensatione facta, reliquum maritus procul-  
dubio restituet. Si tamen iste toto matrimonii tempore  
nec

nec *dotem* petat, nec usuras, ipsas postea repetere non poterit, quum remissae intelligantur.

Notabis: quum usurae debentur, solo officio Judicis debentur. Item: quod si non solvatur *dos* promissa marito, potest uxorem expellere domo, quum alere ipsam teneatur: si vero non fuerit promissa, quum uxor viro servire, & operari debeat, eam juxta conditionem suam alere tenebitur.

Videamus *dotes* effectus matrimonio constante; quo tempore illius maritus est dominus, petit, & vindicat res dotales.

32 Quaer. ? Si maritus vindicans res dotales succumbat per sententiam, patet uxori ad petendum, soluto matrimonio, regressus? Resp. Si nulla id accidit culpa mariti, non potest; sed si aliquam forte probationem, vel defensionem omisit, contra ipsum, ejusve haeredes est actio uxori, & si non fuerint, adversus eum qui a marito per sententiam obtinuit.

33 Quaer. ? Constante matrimonio lucratur maritus fructus rerum dotalium? Resp. Utrique, sive industriales, sive naturales sint, aut alterius generis; non tamen ancillarum partus, quum non sint in fructu, *leg. 23. tit. 31. 3. Part.* Optime & eorum quae majoratus uxoris sunt adquisitio procedit; quum & ille qui impuberem duxit uxorem lucratur rerum dotalium fructus saltem quatenus onera matrimonii sustinuit. In summa, ut maritus rerum dotalium fructus lucretur, haec tria desiderantur, *matrimonium, fundi dotalis traditio, quod onera matrimonii sustineat.*

Notabis: hodie ex *legib. 1. tit. 3. libr. 3. For. LL. & 3. tit. 4. libr. 5. Ordinam.* omnes fructus qui soluto



to matrimonio supersunt, sint quorumcumque bonorum, etiam *paraphernalium*, dividuntur inter uxorem, & maritum.

-102 Notabis etiam, maritum lucrari fructus pro rata temporis quo matrimonium duravit; vid. *leg. 10. tit. 4. libr. 3. For. LL.*

-112 Quaer. 2 Constante matrimonio potest uxor repetere dotem? Resp. Utique, si maritus vergat ad inopiam, *leg. 29. tit. 1. l. 4. Part.* eam tamen integram conservare tenetur, ut maritum, familiamque ex fructibus alat: atque ita sequestrum petere, aut fidejussorem accipere poterit; sed in hoc casu non exigitur *dos* a marito: unde mulieri competit unius aut alterius electio.

-112 Observa tamen: quod uxor nequit constante matrimonio petere *dotem*, si quo tempore contraxit jam erat vir inops, nec dedit postea novam suspicionis causam.

Observa etiam: exactionem procedere, inopia mariti semiplene probata, *dotis* privilegio: nec actualis inopia requiritur; sufficit, si male suo uti patrimonio incipiat.

-112 Quaer. 2 Si extraneus dedit pro muliere *dotem*, si bique reddi stipulatus fuit, poterit constante matrimonio ipsum, viro ad inopiam eunte, exigere? Resp. Non: hoc enim beneficium, ut se suosque alat, uxori tantum conceditur. Habebit tamen remedium *leg. in omnibus de Judiciis.*

-112 Quaer. 2 Si jam restituta *dote* dives & solvens maritus efficiatur, recuperat ipsum? Resp. Non, a paritate cautionis interpositae a paupere.

Quaer. 2 Fit dotalis res emptā ex pecunia dotali? 36

Resp. Non fit uxoris, nisi in subsidium; id est, si non sit solvendo maritus, aut de voluntate uxoris sit emptā, *leg. 49. tit. 5. 5. Part.*

- 37 Quaer. 3 Quae actio adversum maritum ejusve haeredes uxori, ejusve haeredibus competit pro exactione dotis jam matrimonio soluto? Resp. In primis competit quae actio de *stipulatu* dicitur; inter ipsos enim stipulationem interfuisse fingitur. Habet & tacitam hypothecam in bonis mariti, *leg. 23. tit. 13. 5. Part.* idque etsi minor maritus sit, aut tantum putativa dos fuerit, ut accidit in prohibito matrimonio ignoranter contracto.

Sed notabis, hanc tacitam hypothecam non habere extraneum qui dotabit, & sibi *dotem* reddi fuit stipulatus: nec uxor de futuro eam habet quae dotem praemature solvit.

- Et quidem hac tacita hypotheca omnibus creditoribus ipsam anteriorem habentibus uxor praefertur, *leg. 33. tit. 13. 5. Part.*
- 38 Quaer. 4 Tacita ista hypotheca a quo tempore competit? Resp. A tempore traditionis *dotis*, nisi forte maritus ante acceptam dotem ipsum expressa constituta hypotheca reddere promississet: tunc enim a tempore promissionis currere incipit, *leg. 33. tit. 13. 5.*

- 39 *Part.* Quaer. 5 Praefertur mulier virtute dictae hypothecae anterioribus creditoribus expressam habentibus?

Resp. Non, a paritate Fisci, quum eodem passu ambulent, *leg. 33. dict. tit. & Part.*

- 40 Quaer. 6 Si mulier expressam hypothecam pro *dotē* habeat, praefertur aliis creditoribus ipsam anteriorem

rem

rem habentibus? Resp. Non, quum illi jura potiora habeant: si vero de prioritate non appareat mulier praefertur, quia pro *dotibus* respondendum.

Quaer. § Habet mulier tacitam hypothecam pro bonis *paraphernalibus*? Resp. Utique, si maritus administrationem habuit; sed non habet pro ipsis jus praelationis, *leg. 17. tit. 11. 4. Part.*

Quaer. § Jus hypothecae, & praelationis competit mulieri pro *donatione ante vel propter nuptias*? Resp. Hypothecam utique habet, sed non jus praelationis, quum hic de lucro captando agat. Unde pro *vestibus, arrbis*, & medietate lucrorum alienatis, hypothecam sine praelatione mulier habebit.

Quaer. § Si *dos* consistit in specie, vel re inaestimata, revertitur ipso jure ad uxorem dominium illius, matrimonio soluto? Resp. Utique, & praefertur creditoribus etiam anteriores expressas habentibus hypothecas, quia suum repetit. Et quamvis ad domini acquisitionem traditio desideretur, quum de illius agitur recuperatione sine ipsa revertitur, quum ad naturam suam res facile redeat. Sic vidimus, servum a domino manumissum sine aliqua traditione acquirere libertatem: & sine ipsa ex pacto *legis commissoriae*, in primum alienantem revertitur quoque dominium; sicut & ususfructus cum proprietate consolidatur.

Notabis: privilegium illud praelationis ad haeredes uxori extraneos non transire, licet ad filios transeat.

Notabis etiam: quod quum *dos* inaestimata marito datur, omne damnum, & commodum ad uxorem pertinet; si tamen (soluta jam matrimonio) non constet an sine culpa mariti res sic datae in dotem dete-

rrioratae fuerint, ipse de aestimatione respondebit, est enim rerum dotalium custos, *leg. 21. tit. 11. 4. Part.*

Notabis aequae: quod si res inaestimatae in *dotem* datae in genere consistant, ut vinum &c. semper tantundem, soluto matrimonio, reddere debet, inspecto dissolutionis tempore; est enim species mutui sic dare, *dict. leg. 21.*

- 44 Quum vero res in dotem aestimatae dantur, notabis aestimationem, quae aut facit emptionem, aut ideo fit ut sciatur & rei valor probetur. Primo casu dominium earum ad maritum transit, & omne commodum & periculum; nec res ipsas tenetur amplius uxor accipere etsi in sua sint bonitate; adeo ut etsi aliquam earum ipsi maritus legasset, rem actione ex testamento, & aestimationem actione de *dote* consequeretur; *legib. 18. 19. & 20. dict. tit. 11. 4. Part.* Secundo casu contrarium dicendum, quia tunc dominium rerum dotalium non transfertur in maritum.

In utroque tamen casu notabis, quod si aestimatio majori vel viliori pretio sit facta, dum laesio dimidium iusti non excedat, suppleri debet, *leg. 16. dict. tit. & Part.* Similiter, si maritus non sit solvendo, etsi res datae in *dotem* aestimatae fuerint ea aestimatione quae facit emptionem, dominium matrimonio soluto revertitur ad uxorem, easque tanquam proprias vindicare poterit, ita ut cunctis omnino praeferatur.

- Quaer. 2. Tenetur maritus aestimationem solvere rerum *paraphernalium*, quae constante matrimonio promiscuo viri, & uxoris usu consumpta fuerunt? Resp. Si de voluntate tacita, vel expressa uxoris consumptae fuerunt, non tenetur; debitor enim speciei, ea sine cul-

culpa sua perempta, liberatur: secus si ignorante uxore, aut maritus ex consumptione factus fuit locupletior, quia alios sumptus familiae necessarios sic evitabit.

Quaer. ? Jus hypothecae transit ad haeredes uxoris? Resp. Utique, quia ipsi *doti* conceditur; sed jus praelationis, solum ad filios ejusdem matrimonii, quum personae concedatur.

Quaer. ? Intra quod tempus *dos* solvi debet matrimonio soluto? Resp. Si dotalibus instrumentis terminus non fuerit appositus, & *dos* in rebus immobilibus consistat, statim debet fieri; si autem in quantitate, aut mobilibus intra annum; quum harum rerum non sit adeo restitutio expedita.

Quaer. ? Lucrantur interea fructus maritus, aut ejus haeredes? Resp. Non, sed finita dilatione illa legali restituere debent, etsi gaudeant usu, vel interusu-rio medii temporis.

Quaer. ? Hoc medio tempore maritus debet alimenta uxori? Resp. Utique, *dos* enim semper sua onera habet: nisi mulier alia bona ex quibus se alere possit habeat. Similiter, si ipsa fuerit alimentata, non potest alimenta praeterita petere: & tenetur compensare fructus rerum dotalium cum alimentis.

Notabis autem: quod si morte uxoris matrimonium solutum fuerit, ejus haeribus non debentur alimenta a marito, quum id sit personale jus uxoris.

Amplius: si uxor morte mariti praegnans remansit, semper alimenta petere poterit; sive ipsi fuerit *dos* restituta, sive non; & quamvis habeat aliunde ex quo se alere possit.

Item: quod anno transacto nihil amplius uxori de-



debetur, etsi non fuerit *dos* restituta; sibi enim impu-  
tet quod non petit: ob retardatam tamen *dotis* solutio-  
nem, ipsum cum interesse non est dubium petere posse.

Observabis quoque: quod in quibus casibus uxor  
ab haeredibus mariti ali debet, totidem domo eorum  
operari tenetur (ut quilibet cui ex legis dispositione  
alimenta debentur) nisi aliud honestas suadeat. Potest  
etiam uxor, mortuo marito, domum in quo habita-  
bant simul retinere, donec *dos* ipsi solvatur; & in hunc  
finem ipsi datur quae vulgo dicitur *Carta de amparo*.

- 49 Quaer. 2. Maritus soluto matrimonio actione de *dote*  
conventus tenetur in solidum? Resp. Solum in quan-  
tum facere potest: sed hoc privilegium quum sit per-  
sonale ad haeredes non transit, nisi filii sint ex eadem  
uxore, *leg. fin. in fin. tit. 11. 4. Part.* Socer etiam gau-  
det isto privilegio, quum & pater uxoris si constante  
matrimonio pro *dote* filiae conveniatur: cui maritus  
etiam cum juramento renuntiare non potest; & ipsum  
adhuc post sententiam opponere potest.

Si tamen cautionem de *dote* solvenda quando ad  
pinguiorem fortunam pervenerit maritus praestiterit,  
vel si uxor sit pauper, aut *dos* in re, vel specie aestima-  
ta, inaestimatave consistat, solidum mulier petere po-  
test, quum hoc maritus privilegio utatur.

- 50 Quaer. 2. Quod domicilium attendi debet pro *dote*  
exigenda? Resp. Si aliud inter partes actum non est,  
attenditur, & servatur locus contracti matrimonii, *leg.*  
*24. tit. 11. 4. Part.*

- 51 Quaer. 2. Maritus potest ab uxore, vel haeredibus ex-  
pensas in rebus dotalibus factas repetere? Resp. Neces-  
sarias utique: utilium vero, ea quae de voluntate uxoris  
sunt

sunt factae, aut si ipsa sit dives: non tamen voluptuarias,  
*leg. fin. dict. tit. & Part.*

Quaer. ? Probat receptionem *dotis* confessio ipsius? 52

Resp. Non, etsi iuramento firmata fuerit, ut enim liberalis videatur maritus ab ipso facta praesumitur. Ergo opponere poterit exceptionem *dotis non numeratae*, & quidem intra annum, si infra biennium a confessione *dotis* matrimonium solvatur: sed si intra decem annos solutio fiat, intra tres menses ipsam debet proponere; & ea uti exceptione non poterit transactis jam decem annis, nisi quia minor forte restituatur.

Notabis tamen: quod confessio illa in instrumento publico facta marito praepjudicat, quum ex *leg. 9. tit. 1. 5. Part.* exceptio *dotis non numeratae* renuntiari possit. Etiam praepjudicat quum confessionem promissio *dotis* praecessit; aut geminata fuit.

Notabis etiam: quod quibus casibus marito confessio receptae *dotis* praepjudicialis est, totidem & praepjudicium parit ejus creditoribus, quum nonnisi ex illius persona exceptione quam diximus uti possint. Sed hoc tribus casibus fallere dicitur: 1. Quum qui facti fuere creditores mariti, confessionem ignorabant. 2. Quum ipsi hypothecas expressas habent, quia sic praeferuntur uxori. 3. Si confessio *receptae dotis* matrimonio constante fuit facta, & quo tempore aere alieno maritus pressus erat: fraudulenta enim hac tempestate judicatur.

Quaer. ? Causa *dotis* est summaria, & privilegiata?  
 Resp. Utique, ex vulg. text. in *clem. 2. de Judic.*

Quaer. ? Causa *dotis* est mixti fori? Resp. Si de *dote* 53  
 agatur principaliter semper est saecularis.

Quaer.

Quaer. ? A sententia lata in causa dotis procedit  
 54 appellatio? Resp. Utiq; , quim ea pendente exequi  
 sententia possit ; nulla enim lex appellationem ( alias  
 omnibus permissam ) impedit.

55 Quaer. ? Si matrimonium prohibitum appareat, mul-  
 lier poterit *dotem* petere? Resp. Si scienter uterque con-  
 jux contraxit , cessat repetitio tam *dotis* , quam *donat-*  
*tionis propter nuptias* ; & totum Fisco adplicatur , cum  
 bonorum confiscatione , exilio , & privatione si quae sit  
 dignitatis , quim & personae vili flagellorum poenam  
 imposuit *lex 3. tit. 18. 7. Part.*

Sed si unus ignoranter contraxit , & copula fuit se-  
 quuta , quidquid fuerit traditum penes recipientem per-  
 manet : ea autem non sequuta , condictione sine causa  
 qui dedit petere poterit.

De simplici donatione inter sic contrahentes facta  
 notabis , quod si scientia adfuit Fisco applicatur copula  
 interveniente , vel non : si uterque ignorans adstirit , qui  
 dedit , condictione repetit : si autem donator sciens , &  
 recipiens ignorans fuit , sequuta copula , penes reci-  
 pientem donatum manet ; & si non sequatur Fiscus do-  
 natum adquiret.

56 Quaer. ? Quo casu nullum appareat matrimonium ,  
 & uterque , vel uxor tantum ignorans fuit , eo jam se-  
 parato *dos* illa putativa habet verae *dotis* privilegia?  
 Resp. Ea solum habere quae contractum , actionem , vel  
 ipsam *dotem* respiciunt ; non vero quae jus , virtutem ,  
 & a matrimonio proveniunt.

Ergo condictione ob , vel sine causa ( quae sola tum  
 actio est ) praefertur uxor omnibus creditoribus : habe-  
 bit tacitam hypothecam : si *dos* illa in immobilibus con-

sistat non poterit alienari : instrumentum (in casu quo vera *dos*) mandabitur exequutioni : res ex pecunia illius empta (sub distinctionibus superioribus) efficietur dotalis, & ejus titulus ad praescribendum in uxoris favorem sufficiet.

E contra : non dabitur inter sic conjunctos ab intestato successio, nec unius morte donatio constante matrimonio illo facta confirmabitur. Similiter, non adquiret sponsa *sponsalitiâ largitatem* : nec fructus *dotis* maritus lucrabitur, nisi forte tanquam bonae fidei possessor, & quidem eos solum quos oneribus matrimonii consumpsit. Item poterit conveniri maritus etiam ultra quam facere possit, nec gaudebit dilatione legali. Dabitur etiam contra uxorem ob res amotas actio furti famosa, nec soluto illo matrimonio dominium rerum dotalium ad ipsam revertitur ipso jure.

Filii tamen ex eo nati sunt prorsus legitimi, quum & lucra eo constante quaesita communicantur.

Quaer. 2. Res dotalis potest per maritum, uxorem, vel utrosque matrimonio constante alienari? Resp. Non, nisi juramentum mulieris accedat : quae pretium a marito ejusve haeredibus petere poterit si solus ipse cum uxoris tamen licentia jurata alienavit, aut cum ambo rem distraxere : semper enim maritum pretium accepisse praesumitur, sicut quum pater & filius *dotem* recipiunt, pater, qui praesumitur recepisse, solus tenetur.

Quaer. 3. Si mulier res dotales non alienare juravit, & postea vendit & jurat, valet contractus? Resp. Utique, quum sint actus secundus & primus qui a voluntate dependent; & idem in qualibet accidit promissione jurata, ut in revocatione procuratoris, & aliis;

quamvis perjurus fiat qui promissit.

Si tamen factum fuerit primum mulieris juramentum ob alicujus favorem, quum ex eo jus tertio quaeratur, non valet contractus: similiter, si ipse quocumque fit actus secundus prioris conscius juramenti erat.

59. *Quaer.* Soluta matrimonio potest mulier vendere res dotales, antequam earum possessionem apprehendat, & venditiones approbare antea factas? *Resp.* Non, quum ante acquisitionem possessionis adhuc res dotales dicantur, & eis prohibitio alienationis insit. Uxor tamen haeredes, si ejus morte solutum fuerit matrimonium, libere alienare possunt; quum & mulier si juraverit. Imo & *dos* retinet etiam privilegia sua apprehensa jam possessione, & soluto matrimonio quum de successione in ipso quaeritur, aut alteri est restituenda.

60. *Quaer.* Fidejussor qui pro re dotali vendita intercessit obligabitur, & tenebitur re per mulierem evicta? *Resp.* Si mulier ipsa vendidit non tenebitur, quum principalis contractus sit nullus, & ut accidit quum minor vendit: si vero maritus, extraneusve vendidit, utique obligabitur, sicut & cum rem minoris extraneus vendit.

61. *Quaer.* Tenetur maritus de evictione pro re dotali quam sine consensu jurato uxoris vendidit dum constabat matrimonium, jam eo soluto? *Resp.* Quod si emptor ignorans fuit, tenetur de evictione maritus, favore enim mariti, vel extranei contractus super re dotali validus est: si vero emptor sciens fuit, solum pretium maritus sine interesse reddere tenebitur; ut ita accidit quum res venditur restitutioni subjecta.

*Quaer.*



Quaer. 2 Si mulier constante matrimonio rem dotalem vendidit sine licentia viri, soluto confirmabitur venditio illa? Resp. Non, quum hoc proprie casu sit locus *dotium* privilegio, nec mulier de evictione teneatur.

Quaer. 2 Si maritus rem dotalem constante matrimonio alienavit, poterit eo adhuc constante vindicare? Resp. Utique ob uxoris familiaeque utilitatem.

Videamus jam donationem quae simpliciter dicitur *inter virum & uxorem* quae quidem generaliter est nulla & prohibita, *leg. 4. & 5. tit. 11. 4. Part.* ne mutuo se amore conjuges spolient; ita ut nec civilis, nec naturalis ex ipsa oriatur obligatio, nec accedere possit fidejussor.

Morte tamen donantis bene *donatio* ista confirmatur, si in eadem voluntate perseveraverit, etiamsi ejus haereditas non fuerit adita; nec ad haeredes transit facultas revocandi. Sed tamen ut morte confirmetur, traditio requiritur; nec tamen retrahitur usque ad tempus *donationis* factae, nisi quoad fructuum acquisitionem, *leg. 4. dict. tit. & Part.*

Confirmatur etiam si donans, & donatarius eodem simul periculo decedant: sed non confirmatur tribus his casibus. 1. Si ipsam donator revocavit expresse, 2. aut tacite, vel 3. prius donatarius decedat.

Similiter quibusdam casibus & ista donatio valet. 1. Quum fit causa mortis, cessat enim ratio prohibitionis, 2. aut pro aliqua dignitate consequenda, vel 3. ex causa remunerationis alicujus muneris, vel beneficii, ut nobilitatis, aut juventutis. 4. Quum non fit pauperior conjux qui donat, licet ditior donatarius fiat,

ut in renunciatione alicujus haereditatis, vel juris accidit; quum pater in favorem filii usumfructum renuntiat; aut uxor ipsa, lucra matrimonio constante acquisita, quorum valida est renuntiatio, in favorem mariti. 5. Quum juramento firmatur. 6 Quum solvitur quod jam ante in diem vel ad tempus certum debebatur. 7. Quum inter Reges fit.

Notabis obiter: hodie prohibitionem illam solum extendi usque ad primum annum constantis matrimonii, post eum enim, quum cesset fervens ille amor, optime valet, *leg. 3. tit. 12. libr. 3. For. LL.*

67 Quaer. § Si conjux qui conjungi donationem fecit, eam revocavit, & donatarius qui recepit eam consumpsit, quid operabitur revocatio? Resp. Si donatarius ipsam utiliter consumpsit, in aestimatione tenetur; sed si ex consumptione factus non est locupletior, non tenetur.

Et hic observabis: quod donatum ab extraneis, vel amicis tempore nuptiarum utrique contrahenti simul commune efficiatur. Et munera collata a consanguineis mariti ex ipso tempore, soli quaeruntur sponso.

Notabis etiam, quod si sponsi consanguinei ipsae sponsae eo tempore quidquam donarunt, hoc tanquam *sponsalitia largitas* quoad acquisitionem habetur. Si vero constante matrimonio a consanguineis mariti ejus uxori aliquid fuerit donatum, tanquam a marito donatum habetur, & morte ipsius, per lapsumve anni confirmabitur.

Ex quibus inferitur, quod sponsus tenetur conferre quidquid ab ipsius parentibus sponsae donatum fuit, quum

quum ejus contemplatione, & ex sua legitima donatum videatur.

Quaer. ; Valet donatio concubinae facta? Resp. 68  
Utiq;e, nisi in militibus, Advocatis, & personis similibus.

Est & alia donatio inter conjuges, quae fit medietis lucrorum constante matrimonio adquisitorum. Uterque enim conjux suum capitale deducit, & quod superst aequaliter dividitur inter ipsos, *legib. 1. 2. & 3. tit. 3. libr. 3. For. LL. & leg. 1. & tot. tit. 4. libr. 5. Ordinam.* ut in qualibet accidit societate, & non solum in matrimonio vero, sed & in putativo a muliere ignoranter contracto.

Observe: in dubio, bona praesumuntur super lucrata, nisi contrarium probetur, *dict. leg. 1. tit. 3. libr. 3. For. LL.* Unde optimum erit ante matrimonium de bonis quae quisque adducit inventarium facere.

Item: fructus soluto matrimonio superstites, cum juscumque sint generis, communicantur, *leg. fin. dict. tit. & libr. For. & leg. 3. tit. 4. libr. 5. Ordinam.* idque etsi plura bona unus habeat aut fructus sint majoratus, dum jam sint nati; quamvis in fundo rustico, etiam non nati communicantur; & si nihil fuerit seminatum, dominus proprietatis alteri conjugi medietatem expensarum tenetur solvere si quae factae fuerint, *legib. 10. tit. 4. libr. 3. For. LL. & 26. tit. 11. 4. Part.* Fructus pecorum etiam in ventre communicantur.

Sunt tamen aliqui casus, quibus bona superlucranta non communicantur. Inter sponso de praesenti ante

te ductionem ad domum, quum deficiat societas quae acquisitionem inducit. Ex qua doctrina prono alveo fluit, uxorem (sui culpa) a marito separatam non lucrari medietatem lucrorum.

II. Si lucrum a Rege, aliove particulari proveniat, quum non fuisset ratione illius societatis acquisitum; veluti ex successione ex testamento, aut ab intestato,

III. Quum provenit a salario aliove stipendio, nisi sumptibus acquisitum fuerit communibus, *leg. 2. tit. 4. libr. 5. Ordin.* Fructus tamen ex bonis quasi castrensibus bene communicantur, quum excipiantur solum lucra proprie castrensia IV. Quum ex venditione facta a marito procedit, nisi dolosa fuerit, *leg. fin. dict. tit. & libr. Ordinam.*

- 73 Quaer. Si maritus partem aliquam bonorum constante matrimonio adquisitionum donavit, poterit uxor pro sua parte alienationem rescindere? Resp. Nisi probetur dolus, non poterit; alias enim efficerentur restitutioni subjecta ea bona contra decisionem *dict. leg. Ordin.* Et quamvis nunquam dolus praesumitur, in donatione omnium bonorum, aut simili ex causa facta, sine dubio adfuisse judicabitur: non tamen idem dicendum de eo quod in malos usus maritus dilapidavit.

Similiter, nec uxor quae luxuriose vivit medietatem lucrorum acquirit, *dict. leg. Ordin.*

- 74 Quaer. Si dolo alienavit bona maritus, quam habet actionem uxor ad alienatum persequendum? Resp. Ipsam quam creditores, quorum quid fuit in fraudem alienatum, habent: et quidem si alienatio fuit earum rerum quae functionem in suo genere recipiunt, & non

non extant, de proprio patrimonio maritus, ejusve haeredes solvere tenentur; & si non sufficiant poterit possessorem excusso marito convenire, quem directo convenire potest, quum fuit in specie alienatio facta.

Quaer. Si circa divisionem lucrorum aliae sint consuetudines loci ubi est domicilium mariti, & aliae in domicilio uxoris, vel in loco quo matrimonium, & instrumentum dotale fuit factum, quod est domicilium sequendum? Resp. Locus contracti matrimonii & instrumenti dotalis attendendus est, *leg. 24. tit. 11. 4. Part.*

Quaer. Dominium medietatis lucrorum transit ipso jure ad uxorem matrimonio soluto? Resp. Utique, quum & possessio transit, *leg. 47. tit. 28. 3. Part.* idemque de aliis sociis dicendum. Ne tamen inde inferas, non posse ab uxore renuntiari.

Quaer. In matrimonio putativo ignoranter contracto praedicta lucra communicantur? Resp. Utique, quum militet ratio eadem.

Quaer. Si ususfructus fundi alicujus constante matrimonio cum proprietate, quam ante maritus habebat, consolidatur; habet medietatem in usufructu uxor? Resp. Non, quum ex eadem causa qua proprietates acquisitas videatur, nec ab ea censeatur diversus.

Quer. Si uxor decedat quum acceptaverit medietatem lucrorum, transmittentur haec ad haeredes? Resp. Utique, quum ex legis proveniant dispositione.

Quaeres denique. Si mulier vidua jam adulterium committat, amittit lucra quae diximus? Resp. Utique, *legib. 4. tit. 4. libr. 5. Ordinam. & 5. tit. 9. libr. 5. Recop.* Confiscatis tamen bonis mariti, quae lucra pertinent



nent ad uxorem non confiscantur , *leg. 77, infra.*

Notabis: quod si in solo mariti aedificatum fuerit constante matrimonio , medietas valoris aedificii pertinet etiam ad uxorem , etsi alias aedificium solo cedat.

## LEX LIV. TAURI.

### I. TIT. III. LIBR. V. RECOP.

#### LET LIV.

„ **L**A muger , durante el matrimonio , no pueda  
 „ sin licencia de su marido repudiar ninguna herencia que le venga *ex testamento* , ni *ab intestato*:  
 „ pero permitimos que pueda acetar sin la dicha licencia qualquier herencia *ex testamento* , y *ab intestato*  
 „ con beneficio de inventario , y no de otra manera.

## LEX LV. TAURI.

### II. EOD. TIT. ET LIBR.

#### LET LV.

„ **L**A muger , durante el matrimonio , sin licencia  
 „ de su marido , como no puede hacer contrato alguno , asimismo no se puede apartar , ni se desistir  
 „ de ningun contrato que à ella toque , ni dar por quitado à nadie dél: ni puede hacer *quasi* contrato , ni estar en juicio , haciendo , ni defendiendo , sin la dicha  
 „ licencia de su marido ; y si estubiere por sí , ò por

„ su

„ su Procurador, mandamos, que no vala lo que hicie.  
 „ ciere.

## LEX LVI. TAURI.

## III. EOD. TIT. ET LIBR.

## LEX LVI.

„ **M**Andamos, que el marido pueda dar licencia  
 „ general à su muger para contraer; y para  
 „ hacer todo aquello que no podia hacer sin su licencia: y si el marido se la diere, valga todo lo que  
 „ la muger hiciere por virtud de la dicha licencia.

## LEX LVII. TAURI.

## IV. EOD. TIT. ET LIBR.

## LEX LVII.

„ **E**L Juez, con conocimiento de causa legitima,  
 „ y necesaria, compela al marido que dé licencia à su muger para todo aquello que ella no podria  
 „ hacer sin licencia de su marido; y si compelido no  
 „ se la diere, que el Juez solo la pueda dar.

## LEX LVIII. TAURI.

V. EOD. TIT. ET LIBR.

## LEX LVIII.

„ **E**L marido pueda ratificar lo que su muger ovie-  
 „ re fecho sin su licencia; no embargante, que  
 „ la dicha licencia nó haya precedido, ora la ratifica-  
 „ cion sea general, ò especial.

## LEX LIX. TAURI.

VI. EOD. TIT. ET LIBR.

## LEX LIX.

„ **Q**Uando el marido estuviere ausente, y no se es-  
 „ pera de proximo venir, ò corre peligro en la  
 „ tardanza, que la Justicia, con conocimien-  
 „ to de causa, siendo legitima, ò necesaria, ò prove-  
 „ chosa à su muger, pueda dar licencia à la muger,  
 „ la que el marido le habia de dar; la qual asi dada,  
 „ vala como si del marido sea.

**P** *PRIMA* disponit : uxorem absque viri licentia hae-  
 reditatem ipsi obvenientem repudiare non posse,  
 etsi adire possit beneneficio Inventarii.

*Secunda* : uxorem nec contrahere, aut quasi, nec  
 a contractu desistere sine viri licentia posse, sicut nec in

judicio stare, & debitori concedere liberationem.

*Tertia* : omnia haec de viri licentia facere posse.

*Quarta* : etsi maritus quum fuerit necesse eam recusaverit, Judex ipsum compellere ad id poterit.

*Quinta* : maritus approbare poterit quod sine ejus licentia uxor fecisset.

*Ultima* : Judex, absente marito, si necessarium fuerit, hanc licentiam concedere poterit.

Pro quorum intelligentia notabis: quod *lex 55.* in omnibus mulieris bonis locum habet; quum enim fructus eorum ipsi & marito communes sint, facile ex contractu, vel distractu uxoris praejudicari poterit.

*Quaer.* Si sit utilis contractus mulieri, erit validus sine licentia viri? *Resp.* Dum duret & probetur utilitas, utique; sicut eodem casu minor contrahere potest sine curatoris auctoritate; & transactio super alimentis fieri.

*Quaer.* Ut mulier contra ipsum maritum agat, consideratur ejus licentia? *Resp.* Non.

*Quaer.* Si simul uxor & maritus contrahant, consideratur licentia? *Resp.* Non, quum eo ipso quo maritus contrahat, ipsam concedere videatur: similiter non requiritur; quum ejus praesentia uxor contrahit, dum quid agatur intelligat maritus.

Ideo autem sufficit ratihabitio mariti, quia ejus licentia pro suo solum praejudicio evitando desideratur.

*Quaer.* Si alicui negotio uxor sciente marito praeposita fuerit, requiritur licentia mariti ut contrahat? *Resp.* Non, *leg. 13. tit. 20. libr. 3. For. LL.* quum patientia mariti species ejus consensus sit: sed solum tenetur mulier quousque solvendo merces quam administrat sufficiat.

- 8 Quaer. ¿ Contractus ab uxore factus sine licentia mariti, firmatur juramento? Resp. Non, quum prohibitio sit, ne tertio praejudicium forte irrogetur.

## LEX LX. TAURI.

### IX. TIT. IX. LIBR. V. RECOP.

## LET LX.

- „ **Q**Uando la muger renunciare las ganancias, no sea obligada à pagar parte alguna de las deudas que el marido oviere hecho, durante el matrimonio.

- 1 **H**AEC *lex* disponit uxorem non teneri pro debitis a marito factis matrimonio constante, si lucra renuntiaverit quaesita eo tempore. Et quidem haec renuntiatio quamvis naturam donationis sapiat, non est prohibita inter conjuges, quum ex ea uxor non fiat pauperior, ut jam dictum est.

- 2 Notabis obiter, quod si ante matrimonium census aliquis super bonis mariti constitutus fuerit, & redditus ipsi solvantur, non potest matrimonio soluto uxor exigere dimidiam reddituum partem, quum census onus reale sit: sed si eo constante redimeretur, pars dimidia pecuniae uxori applicaretur.



## LEX LXI. TAURI.

IX. TIT. III. LIBR. V. RECOP.

## LEX LXI.

„**D**E aqui adelante la muger no se pueda obligar  
 „ por fiadora de su marido, aunque se diga, y  
 „ alegue que se convirtió la tal deuda en provecho de  
 „ la muger. Y asi mismo mandamos, que quando se  
 „ obligaren à mancomun marido, y muger en un con-  
 „ trato, ò en diversos, que la muger no sea obligada  
 „ à cosa alguna: salvo si se probáre, que se convirtió  
 „ la tal deuda en provecho della; ca entonces manda-  
 „ mos, que por rata del dicho provecho sea obligada.  
 „ Pero si lo que se convirtió en provecho della fue en  
 „ las cosas que el marido le era obligado à dar, asi co-  
 „ mo vestirla, y darle de comer, y las otras cosas ne-  
 „ cesarias, mandamos, que por esto ella no sea obli-  
 „ gada à cosa alguna: lo qual todo que dicho es, se  
 „ entienda sino fuere la dicha fianza, ò obligacion à  
 „ mancomun por maravedis de nuestras rentas, ò pe-  
 „ chos, ò derechos dellas.

**D**ispositio *hujus* sequentibus conclusionibus contine-  
 tur. **I.** Uxor non potest pro marito intercedere,  
 etsi ipsi utile esse dicatur. **II.** Si uterque conjux con-  
 traxit, non obligabitur uxor, nisi quatenus ipsi utile  
 fuisse probetur. **III.** Ut quid dicatur uxori utile, mari-  
 tus non debet esse obligatus ad ejus praestationem.  
**IV.** Pro debito tamen fiscali recte obligatur.

Pro

- Pro perfecta harum conclusionum intelligentia ob-
- 1 **I. serva**, I. quod mulier propter sexus fragilitatem nequit esse fidejussor, & ipsi conceditur beneficium S. C. Vellejani, *leg. 2. tit. 12. 5. Part.* quod quum perpetuum sit, adhuc mulier repetere poterit condictione indebiti quod solvisset. Pro extraneo tamen, si post biennium mulier fidejussionem ratificavit, aut sibi competenti exceptioni renuntiavit, quum ex proposito videatur tunc obligata, tenebitur.
  - 3 **II. Quod conclusio altera juri communi non est conformis**; & corrigit *leg. 14. tit. 20. libr. 3. For. LL. § 207. Sytili*, quae in duobus correis obligationem statuebant (etiam in uxore, & marito) uniuscujusque in solidum. Quum ergo maritus & uxor obligantur simul, maritus in totum remanebit obligatus; etsi uxor asserat in ejus utilitatem iri, quum fraudulenta haec judicetur confessio, & donationem contineat.
  - 4 **Quaer.** Si tanquam principalis uxor, & ut fidejussor obligetur maritus, remanet ipsa obligata? **Resp.** Dum dolus non probetur abs dubio remanet.
  - 5 **Observabis III.** quod si pro his quae uxori a marito debentur ipsa obligetur, quum fundamentum (scilicet utilitas) obligationis deficiat, & illa deficit: si maritus tamen non fuerit solvens, uxor & pro his obligari poterit.
  - 6 **Observabis denique: IV. Conclusionem ipsam correctoriam esse juris communis.**

## LEX LXII. TAURI.

X. TIT. III. LIBR. V. RECOP.

## LET LXII.

„**N**inguna muger, por ninguna deuda, que no  
 „descienda de delicto, pueda ser presa, ni  
 „detenida, sino fuere conoscidamente mala de su per-  
 „sona.

**E**X ista lege notabis: mulierem pro civili debito in- 1  
 carcerari non posse; licet utique si soluta luxu- 2  
 riose vivat, aut ratione tutelae, vel curae filiorum quam 2  
 habuit, si Vellejano, & omni legum renuntiavit auxilio.

Notabis obiter, illam meretricem legitime dici, 3  
 quae in loco publico causa quaestus saltem per horas  
 viginti permansit; aut quae earum habitum portat, vel  
 plures quam 40. ad se sine pretio admisit. Et quidem  
 vicini meretricis ipsam a vicinitate expellere possunt:  
 sed ipsa recte promissum petere, & datum retinere po-  
 terit, etiam in foro conscientiae.

## LEX LXIII. TAURI.

VI. TIT. XV. LIBR. IV. RECOP.

## LET LXIII.

„**E**L derecho de egecutar por obligacion personal  
 „se prescriba por diez años; y la accion per-  
 „sonal, y la Egecutoria dada sobre ello, se prescri-  
 „ba

„ba por veinte, y no menos: pero donde en la obli-  
 „gacion hay hipoteca, ò donde la obligacion es mix-  
 „ta personal, y real, la deuda se prescriba por trein-  
 „ta años, y no menos.

**H**AC lege disponitur, quod jus exequendi ex ins-  
 trumento *guarentigio* in personali actione praes-  
 cribatur per 10. annos. Et quod ipsa actio, ejusque  
*Egectoria* per 20. Denique statuit, quod si in obli-  
 gatione hypotheca fuerit, aut ex reali & personali  
 mixta ipsa sit, 30. ad praescriptionem anni deside-  
 rentur.

- 1 Pro cujus intelligentia sciendum, praescriptionem  
*nostr. leg.* quum juris, & modi executivi a lege in-  
 ducti sit, etiam cum mala fide procedere. Simili-
- 2 ter, quod personalis actio, vel obligatio scriptura pri-  
 vata contenta solum 10. annos durat, de qua intelli-  
 genda *lex 3. tit. 13. libr. 3. Ordinam.* Item sciendum,  
 quod etsi olim hypothecaria actio durabat per annos  
 40. si contra debitorem proponebatur, hodie solum  
 annis 30. durat; & jux exequendi pro annuis redditibus  
 decem annis praescribitur. Denique sciendum, actio-  
 nem *familiae erciscundae, communi dividundo, & petio-*  
*nem haereditatis*, aliamve mixtam, si quae sit, per
- 3 30. annos durare: unde materia perpetuationis hodie  
 sublata est; licet haec solum procedant quum de ali-  
 quo jure praescribendo agitur contra eum qui nullum  
 titulum habeat.

## LEX LXIV. TAURI.

## III. TIT. XXI. LIBR. IV. RECOP.

## LEY LXIV.

„ **P**OR quanto en las Ordenanzas, que hecimos en  
 „ la Villa de Madrid à quatro dias del mes de  
 „ Diciembre del año pasado de mil y quinientos y dos  
 „ años, hay una Ordenanza, el tenor de la qual es es-  
 „ te que se sigue:..

*Otrosi, por quanto por la Ley por Nos fecha en las Cortes de Toledo ovimos ordenado que si los deudores que debian algunas deudas, en quien son fechas egeuciones por contratos, obligaciones, ò por sentencias à pedimento de los acreedores, en los deudores, ò en sus bienes, alegaren paga, ò otra excepcion que sea de recibir, que tengan diez dias para la probar, y no se declara desde cuándo han de correr los dichos diez dias; declaramos, y mandamos, que los dichos diez dias corran desde el dia que se opusiere à la tal egeucion. Y pasados los dichos dias, sino probáre la dicha excepcion, que el remate se haga como la dicha Ley lo dispone, sin embargo de qualquier apelacion que della se interpusiere, dando el acreedor las fianzas, como la dicha Ley lo manda.*

„ Y por que nuestra merced, y voluntad es, que  
 „ la dicha Ordenanza haya cumplido efecto, por en-  
 „ de mandamos, que lo contenido en ella se guar-  
 „ de, cumpla, y egecute como en ella se contie-  
 „ ne, sin embargo de qualquier apelacion que della

Ee

„ se



„ se interponga , para ante Nos , ò para ante los Oidores de nuestras Audiencias , ò para ante otros qualesquier Jueces ; ò qualquier nulidad que contra la dicha egecucion , y remate se alegue.

1 **S**Tatuit haec *lex*, quod adeo parata sit executio instrumenti publici *guarentigii*, ut nulla exceptio, nisi quae intra decem dies probari possit, adversum ipsum admitatur: & quod creditor fidejussionem offerat, si obtinuerit, de pecunia soluta debitori restituenda.

Notabis, exceptionem nullitatis ex jurisdictionis defectu proveniente etiam post decem dies admitti, ita ut sententiam impediat, quum ad ipsam jurisdictionem dari oporteat in judicante; imo & trium sententiarum conformiam executionem impedit.

- 2 Notabis etiam, regulariter nullum habere instrumentum paratam executionem, quum ejus virtus a sententia definitiva proveniat, nisi in sententia, juramento, confessione, testamento & aliis, de quibus cautum, idque ipsis clausula *guarentigia* contineatur, cum privatorum consensus Tabellario ut condemnet
- 4 jurisdictionem non tribuat: sed jure nostro instrumenta publica optime executioni mandantur, *leg. nostr. & 4. tit. 8. libr. 3. Ordinam.* etsi clausulam illam non habeant, *dict. legib.* non solum si contra debitorem
- 5 agatur, sed etsi contra haereditatem ejus, dum constet haereditatem esse, haereditatem adiiisse, & jam fecerit inventarium: quum ut executio procedat, sufficit si lite pendente appareat haereditatem esse.

- 6 Notabis insuper, jus exequendi & haeredibus competere.

petere & successoribus creditoris: & instrumentum, ex quo ipsum oritur, pro debito & promissione ficta mandari posse executioni, ut accidit in marito qui instrumento publico recepissem dotem confessus fuit. Ex quo::.

Quaer. Si quis domum conduxit vel rem pro certo tempore & pretio, & se publico instrumento obligavit, si finito tempore stetit in conductione, ut jam domum reconducere videatur, poterit instrumentum executioni pro secundo tempore mandari? Resp. Non, quum tacite instrumentum non renovetur.

Pro debito quoque conditionali, purgata jam conditione, instrumentum executioni mandari potest: quod etsi factum fuerit ubi est ex legis dispositione executivum, non mandabitur executioni in loco ubi non sit talis lex, aut consuetudo, quum in his quae ad ordinem iudicii spectant locus inspiciatur iudicii, sicut locus contractus celebrati attenditur in his quae ad substantiam obligationis pertinent.

## LEX LXV. TAURI.

VII. TIT. XV. LIB. IV. RECOP.

## LEY LXV.

„ **L**A interrupcion en la posesion, interrumpa la  
 „ prescripcion en la propiedad; y por el con-  
 „ trario, la interrupcion en la propiedad, interrump-  
 „ pa la prescripcion en la posesion.

- I **D**icit, interrupta possessione interrumpi praescriptionem proprietatis, & e contra.

Ex quibus observa I. *possessionem* esse jus insistentiae rei non prohibitae possideri. II. *Dominium* esse plenum jus & perfectum de re disponendi, nisi lex prohibeat; & quod ab usufructu separatum vivit, proprie dicitur *proprietas* III. *Praescriptionem* esse, rem alienam mobilem, vel immobilem retinere cum bona fide, & titulo per tempus a jure definitum. IV. *Interruptionem* esse revocationem praescriptionis coepae; ut si possessor durante usucapionis tempore conveniatur, & lis contestetur, vel in absentia sola oblatione libelli. V. *Perpetuationem* esse praescriptionis praerogativam, quae accidit ut dictum superiori casu.

- 2 Observabis VI. quod ut proprietatis praescriptio interrumpatur, debet interrumpi civilis possessio, quum ipsa praescriptionem causet, ut per aquarum inundationem, vel potentiam alterius rem occupantis, *leg. 14. tit. 30 3. Part.* aut per absentiam ultra decem annos. Et ita *lex nostra* intelligenda.

- 3 Observa VII. non interrumpere praescriptionem litem aut controversiam super sola possessione, quum nihil habeat commune cum proprietate possessio.

- 4 Observa denique, interrupta praescriptione proprietatis, ideo in possessione interrumpi, quia possessio non potest tunc cum effectibus suis praescribi, *legib. 1. tit. 13. libr. 3. Ordinam. 1. tit. 11. libr. 2. For. LL. 192. & 242. Styl.*

## LEX LXVI. TAURI.

## III. TIT. XVI. LIBR. V. RECOP.

## LEX LXVI.

„**N**inguno sea obligado de se arraygar por de-  
 „ manda de dinero que le sea puesta, sin que  
 „ preceda informacion de la deuda, à lo menos suma-  
 „ ria de testigos, ò de Escriptura autentica.

**N**emo pro debito pecuniario satisfacere tenetur, ni-  
 si prius per testes, vel Scripturam authenticam  
 de debito constet. Ita *lex*.

Quae juri communi nihil aliud superaddit, nisi **1**  
 quod debitor etsi solvens non fuerit non prius satisfac-  
 re teneatur, quousque de debito constet: possessores  
 enim (saltem cum bona fide, & in jurisdictione qua  
 reus convenitur) rerum immobilium nunquam satis-  
 dare obligati fuere.

Quaer. 3 Si quis quo casu satisfacere tenetur non **2**  
 faciat, potest incarcerationi? Resp. Utique, *leg. 2. tit.*  
*3. libr. 2. For. LL.* Et quidem cognitio illa debiti,  
 quam exigit *lex nostra*, sufficit, si duobus testibus  
 fiat, etiam parte non citata, nec ordine judicii ser-  
 vato, quamvis solum creditoris juramentum non suf-  
 ficeret.

Et dictum, *lexque nostra* procedit etiam in debi-  
 to non liquido, in diem, vel conditionali. Et in his  
 omnibus casibus creditor potest satisfactionem petere,  
 aut si non praestetur, vel non sufficiat, sequestratio-  
 nem. Pro

Pro colophone nota, etiam satisfactioni locum esse, etsi reus conventus jam tempore contractus non sit solvens, quum *lex nostra* indistincte loquatur.

## LEX LXVII. TAURI.

V. TIT. VII. LIBR. IV. RECOP.

### LEX LXVII.

„**N**ingun juramento, aunque el Juez lo mande  
 „hacer, ò la Parte lo pida, no se haga en  
 „San Vicente de Avila, ni en el Herrojo de Santa  
 „Agueda, ni sobre Altar, ni Cuerpo santo, ni en  
 „otra Iglesia juradera, so pena de diez mil marave-  
 „dis para la nuestra Cámara y Fisco al que lo ju-  
 „râre, y al Juez que lo mandâre, y al que lo pi-  
 „diere, ò demandâre.

**H**AC lege prohibitum remanet juramentum super rebus sacris in ipsa designatis sub poena decem millium marapetinorum Fisco applicanda, si aut pars dederit, aut Judex jusserit, aut Pars petierit.

1 Et quamvis alias juramentum, quum ipsum sacrae rei attestatione firmetur, in re quavis sacra fieri possit, fieri nequit, & nullum effectum factum producit, si jurans ignis, ferri aliove se submitat periculo, aut alias Deum tentet: quae ratio est *nostrae legis*. Et quum juramentum sic factum Dei offensam respiciat, sitque ideo delictum publicum, non est mirum quemlibet de populo ipsum posse accusare, ut de blasphemis cautum.

LEX



## LEX LXVIII. TAURI.

## I. TIT. XV. LIBR. V. RECOP.

## LEX LXVIII.

„SI alguno pusiere sobre su heredad algun censo,  
 „ con condicion, que sino pagáre à ciertos plazos,  
 „ que caiga la heredad en commissio, que se guarde  
 „ el contrato y se juzgue por él, puesto que la pena  
 „ sea grande, y mas de la mitad.

O Mne pactum, aut poenam in contractu census impositam, etsi justí praetii dimidium superet haec *lex* servatam voluit.

Pro cujus declaratione sciendum, *dominum* esse 1  
 qui plenum jus habet in re: *quasi dominum*, qui rem bona fide & justo titulo adquisivit a non domino: *proprietarium*, qui nudam rei proprietatem habet: *fructuarium*, qui usumfructum solum: *superficiarium*, qui habet superficiem tantum sine jure in solo & fundamento, licet rem vindicare possit, & novum opus nuntiare: & *feudatarium*, qui rem immobilem utendam habet, cum servitio annuali domino praestando.

Sciendum etiam, *emphyteutam* esse, qui utile do- 2  
 minium in re habet, certa pensione annua in recognitionem directi domini domino directo solvenda, *leg. pen. & fin. tit. 8. 5. Part.* Sciendum denique, *censuarium* eum esse qui pleno jure rem immobilem habet pro certo praetio soluto, & insuper pro certa annua pensione in perpetuum praestanda.

His

His positis notabis, *legem nostram* procedere, si-  
ve quis in re propria immobili aliquo praetio, vel  
gratia constituat alteri censum, & aliquam annuam  
pensionem; sive quis rem propriam eo pacto alteri  
tradat, ut sibi certus census & annua pensio praeste-  
tur; & non solum his casibus, sed & cum quis ab  
alio pecuniam recepit ea lege, ut quodlibet anno,  
vel ad certum tempus annuam pensionem ipsi praes-  
tet; qui contractus non est usurarius, quum pecu-  
nia non sit mutuata.

3 Et hinc deducuntur plures differentiae inter *cen-  
suarium*, & *emphyteutam*. 1. *Censuarius* non cadit a  
jure suo etsi per tres, aut plures annos pensionem non  
solvat. 2. Non amitit nec rem, nec jus suum etsi do-  
mino directo irrequisito rem vendat. Ratio omnium est,  
quia *censuarius* est perfectus dominus rei, & *emphy-  
teuta* solum quod dicunt dominium utile habet. Pacto  
tamen speciali haec omnia mutari possunt.

4 Sciendum etiam pro *nostrae legis* intelligentia, ju-  
re communi poenam legalem non excedere quadru-  
plum, conventionalem vero in quacumque summa va-  
lere, nisi quantitati incertae adjiciatur, tunc enim non  
potest duplum superare. Sed *lex nostra* quamlibet in  
censu appositam servari voluit, ideo forte ut hujus con-  
tractus rescissionem excluderet, si laesio ultra dimidiam  
justi pretii allegaretur, quae attenta incertitudine &  
fruitionis, & extinctionis census, vix unquam cognos-  
ci potest.

5 Denique notandum, quod si *emphyteuta*, aut *cen-  
suarius* pro redditibus praeteritis conveniatur, & so-  
lutionem eorum probare non possit; sufficit si apocham,

a ut

aut schedulam exhibeat in qua constet trium posteriorum annorum solutio; nisi enim contrarium probetur, & solvisse retro praesumitur. Scheda tamen separata esse debet uniuscujusque anni.

## LEX LXIX. TAURI.

VIII. TIT. X. LIBR. V. RECOP.

## LET LXIX.

„ **N**inguno pueda facer donacion de todos sus bienes, aunque la faga solamente de los presentes.

**N**EMO omnium bonorum, etiam praesentium solum, donationem hac *lege* facere potest. Et recte:.

Inducit votum captandae mortis, est promissio de succedendo, & aufert libertatem testandi. Idque, etsi inter duos fiat; imo & renuntiare *legem nostram* nemo poterit. Et notabis, ipsam corrigere jus commune, quo donatio solum bonorum praesentium non infirmabatur: sed & hodie haec est nulla, quum Reipublicae intersit ne quis re sua male & effuse utatur.

Quaer. ? Valet saltem in aliquo donatio bonorum praesentium? Resp. Non, quum expresse *lege nostra* cautum videatur.

Quaer. ? Quid si donator aliquod sibi jus reservavit? Resp. Utique, veluti usumfructum si reservarit, quum ratio *legis* tunc proculdubio cesset; sed res mini-

ma reservata , non excusabit a fraude.

- 4 Quaer. ? Quid si juramento firmatur? Resp. Utique, etsi non idem accidit in donatione omnium bonorum praesentium, & futurorum. Sane, juramentum firmat contractum alias a jure reprobatur, ut in alienationibus rei dotalis, minoris, & donationibus vidimus inter patrem & filium, maritum, & uxorem: & similiter firmabitur juramento donatio arrharum quae decimam bonorum excedat, licet sit prohibita *leg. 50. Tauri.*

Nè tamen inde inferas, non posse patrem quintam bonorum partem donare; est enim bonorum pars: & quamvis filiorum sint caetera bona patris, retinet usumfructum eorum tempore suae vitae, & nihil antea filiis pertinet.

- 5 Quaer. ? Valet donatio bonorum praesentium facta causa mortis? Resp. Non, quum haec donatio contractui aequiparetur respectu formae, & ex ipsa, sicut ex nudo pacto donationis oriatur actio.
- 6 Quaer. ? Quid si Ecclesiae, aut pio loco fiat? Resp. Utique, quum & omnium bonorum praesentium, & futurorum sic facta valeat; dum tamen donatorem alat Ecclesia.



## LEX LXX. TAURI.

IX. TIT. XI. LIBR. V. RECOP.

## LET LXX.

„ **L**A Ley del *Fuero*, que habla cerca de sacar el  
 „ pariente mas propinquo la cosa vendida de *pa-*  
 „ *trimonio* por el tanto, haya tambien lugar quando  
 „ se vendiere en almoneda pública, aunque sea por  
 „ mandamiento de Juez: y los nueve dias que dispo-  
 „ ne la Ley del *Fuero*, se cuenten en este caso desde  
 „ el dia del remate, con tanto, que consigne el que  
 „ lo saca el precio, y haga las otras diligencias que  
 „ dispone la Ley del *Fuero*, y la Ley del *Ordenamien-*  
 „ *to* de *Nieva*; y asimismo haya de pagar al com-  
 „ prador las, costas y el alcavala, si las pagó el com-  
 „ prador antes que la cosa asi vendida le fue entre-  
 „ gada.

## LEX LXXI. TAURI.

X. EOD. TIT. ET LIBR.

## LET LXXI.

„ **Q**Uando muchas cosas fueren vendidas por un  
 „ precio que sean de *patrimonio*, ò *abolengo*,  
 „ que el pariente mas propinquo no pueda  
 „ sacar la una, y dejar las otras, sino que todas las  
 „ haya de sacar, ò ninguna dellas. Pero si las dichas  
 „ cosas fueren juntamente vendidas por diversos pre-



„ cios, en tal caso puede el pariente mas propinquo  
 „ sacar las que dellas quisiere, haciendo las diligen-  
 „ cias, y solemnidades en las dichas Leyes del *Fuero*,  
 „ y *Ordenamiento* contenidas.

## LEX LXXII. TAURI.

XI. EOD. TIT. ET LIBR.

### LET LXXII.

„ **Q**Uando la cosa que es de *patrimonio* ò *abolengo*  
 „ se vendiere fiada, que el pariente mas pro-  
 „ pinquo la pueda sacar por tanto asimismo  
 „ fiada; con tanto, que dentro de los dichos nueve  
 „ dias dé fianzas bastantes, à vista de nuestra Justicia,  
 „ que pagará los maravedis por que asi fue vendida,  
 „ al tiempo que el comprador estaba obligado.

## LEX LXXIII. TAURI.

XII. EOD. TIT. ET LIBR.

### LET LXXIII.

„ **Q**Uando el pariente mas propinquo no quisiere,  
 „ ò no pudiere sacar la cosa vendida por el  
 „ tanto, el pariente mas propinquo siguiente  
 „ en grado la pueda sacar; y ansi vayan de grado en  
 „ grado por todos los parientes dentro del quarto gra-  
 „ do; con tanto, que sea dentro de los dichos nueve  
 „ dias,

„ dias, y con las otras diligencias contenidas en la di-  
 „ dicha Ley del *Fuero*, y *Ordenamiento*.

## LEX LXXIV. TAURI.

XIII. EOD. TIT. ET LIBR.

## LET LXXIV.

„ **Q**Uando concurrieren en sacar la cosa vendida  
 „ por el tanto, el pariente mas propinquo con  
 „ el Señor del directo dominio, ò con el Su-  
 „ perficiario, ò con el que tiene parte en ella, por  
 „ que era comun, prefierase en el dicho retracto el  
 „ Señor del directo dominio, y el Superficiario, y el  
 „ que tiene parte en ella al pariente mas propinquo.

## LEX LXXV. TAURI.

XIV. EOD. TIT. ET LIBR.

## LET LXXV.

„ **S**I alguno vendiere la parte de alguna heredad que  
 „ tiene comun con otro, en caso que segun la  
 „ Ley de la *Partida* la pudiera el Comunero sacar  
 „ por el tanto, sea obligado el que la quisiere sacar à  
 „ consignar el precio en el tiempo, y termino, y  
 „ con las diligencias, y solemnidades, de la manera  
 „ que la pudiera sacar el pariente mas propinquo quan-  
 „ do fuera de su *patrimonio*, y *abolengo*: de suerte,  
 „ que

„que lo contenido en la dicha Ley del *Fuero*, y Or-  
 „denamiento de *Nieva*, y en estas nuestras Leyes ha-  
 „ya lugar, y se aplique en caso que el Comunero  
 „quiera sacar la cosa vendida por el tanto.

**P**RO perfectione *harum legum* intelligentia, & ma-  
 teriae retractus de qua tractant, sex articulos,  
 tanquam claves totius proponemus. **I.** Erit in quibus  
 personis habeat locum *retractus*. **II.** In quibus rebus.  
**III.** Qui praeferantur in *retrahendo*. **IV.** Requisita *re-*  
*tractus*. **V.** Inter socios an *ei* sit locus. **VI.** De variis  
 circa materiam questionibus.

**1** Ad 1. quibus pateat actio *retractus*, dicendum:  
 consaguineis venditoris intra quartum gradum, *leg. 13.*  
*tit. 10. libr. 3. For. LL. 6. & 7. tit. 7. libr. 5. Ordina-*  
*nam. & 230. Styl.* ratione naturalis illius affectionis  
 qua quisque res majorum suorum prospicit: & quae  
 eos praeferat in successione, tutela, & accusatione cui-  
 cumque extraneo. Ex qua causa jus commune corrigi-  
 tur, & tollitur quodam modo libertas vendendi.

**2** Exemplum *retractus* erit, veluti si filius, aut des-  
 cendens rem, quam a parente vel avo habuit post eo-  
 rum mortem alienet: tunc consaguineus intra quar-  
 tum gradum ab emptore rem auferre potest eodem  
 pretio intra novem dies.

Ergo non auferet si res fratris fuit, aut alterius  
 collateralis, vel est ultra quartum gradum constitu-  
 tus, quum sit odiosa, & contra jus commune retra-  
 hendi facultas.

**3** Quaer. 2. Ut sit locus *retractui*, sufficit quod fue-  
 rit patris res alienata, vel etiam avi fuisse requiritur?

Resp.

Resp. Ita: utrumque, & unum solum desiderari. Si nimirum pater rem proprio labore quaesitam alienavit, filius aut descendens non possunt retrahere, quum cesset ratio illa affectionis: si vero, ipsam usque ad mortem in potestate sua retinuit & in haereditate reliquit, tunc a filio, vel descendente successore alienata, est locus retractui; quum patrimonii recte dicatur: facit *lex 15. tit. 11. libr. 5. Recop.*

Quaer. § Filius, vel descendens tantum naturalis potest retrahere? Resp. Utique, quia in dispositione naturali aequitate, & jure sanguinis fundata, appellatione parentum & filiorum, comprehenduntur naturales tantum, ut accidit in conditione illa *si sine liberis decesserit*. Sed spurius, incestuosus, & ex damnabili coitu natus, quum nec certus consanguineus, nec sit de stipite parentum, retrahere non potest.

Quaer. § Exhaeredatus potest retrahere? Resp. Utique, jura enim primordialia sanguinis non tollit exhaereditio, etsi excludat a successione. Idem dicendum de eo qui juramento renuntiavit successione patris, quum renuntiatio eum a successione gratuita, sed non a contractu oneroso excludere possit.

Quaer. § Habet locum *retractus* in Clericis active & passive, ut & retrahant, & ab is retrahi possit? Resp. Utique, quum & jure Canonico haec actio ipsis pateat, & a jure sanguinis proveniat.

Quaer. § Si filius, vel descendens decedat intra tempus datum ad retrahendum, transmittet hoc jus in haeredes extraneos? Resp. Non, quum personale sit: sed si jam lite contestata decesserit, vel postquam praeparaverit actionem, absdubio extraneus retrahere possit,

sit, quum & his casibus ad ipsum querela *inofficiosi* transmitatur. Ex cessione tamen non adquirit extraneus jus retrahendi, quum consanguinitas pro forma requiratur.

- 9 Quær. ¿Jus retrahendi transit ad Monasterium ingresso proximior consanguineo, & Religionem professio? Resp. Non, quum sit jus personalissimum sanguinis; & si transiret, non pro se Religiosus, sed pro Monasterio retraheret, quod consanguineo non licet: unde provenit etiam, quod Monasterio vendente rem ejus qui ingressus sit, non potest ejus proximior consanguineus retrahere; non enim est amplius res patrimonialis quae fuit a Monasterio adquisita, & extranea censetur persona vendere, quum ipsum vendit.

Quær. ¿Si proximior consanguineus haeres sit venditoris intra tempus retractus forte decedentis, poterit retrahere? Resp. Utique; quum hoc sit defuncti sui factum improbare, sed se solum loco emptoris subrogare: nec hoc casu etsi haeres est de evictione tenetur, quum rem non evincat ab emptore retractus ipsius rei vitio, sed speciali proximitatis privilegio.

- 11 Quær. ¿Condemnatus ad mortem naturalem, vel civilem potest retrahere? Resp. Utique; sed ad naturalem damnatus, solum si appellatum sit a sententia, vel intra tempus ad appellandum datum; qui vero civili morte mulctatus est, quum servus poenae non efficiatur, semper retrahere possit.

- 12 Quær. ¿Judex durante officio potest retrahere? Resp. Utique, quum non contractus, sed in locum emptoris subrogatio retractus sit; & cessat ratio timoris, & impressionis quae a contractibus Judices in sua arce jurisdictione.

Quær.



Quaer. Si quis remotiori consanguineo vendat, poterit proximior retrahere? Resp. Utique, quum in eo potiora jura reperiantur: unde si emptor cum ipso aequali gradu fuerit, pro parte solum retrahere poterit.

Quaer. Consanguineus proximior requisitus a contrahentibus tenetur declarare, velit ne retrahere? Resp. Non, quum ad id habeat tempus legale novem dierum: si tamen se retracturum dixerit, variare non poterit.

Quaer. Si plures res patrimonii uno & eodem tempore vendantur, qualiter habet locum retractus? Resp. Si uno omnes venditae fuerunt pretio, aut omnes debent retrahi, aut nulla, sed si pretio diverso, una retrahi, & alia dimitti poterit, *leg. nostr. 71*. Et notabis, quod si res patrimonii cum alia quae non sit eodem unoque pretio vendatur, solam ipsam retrahere poterit consanguineus, pretio boni viri aestimato.

Notabis etiam, quod si cum res patrimonii venditur & pretium pro ipsa & res alia detur, nihilominus locum esse retractui, si datum pretium majoris sit aestimationis, quam res simul tradita: ratio est, quia non permutatio, sed venditio celebrata fuit.

Quaer. Tempus illud novem dierum incipit currere a tempore contractus, vel a tempore traditionis? Resp. A tempore traditionis, quum ante ipsam nec dominium transferatur, nec res alienata dicatur, nec sit consummatus contractus. Sic vidimus, tempus solutionis dotis, a tempore traditionis uxoris currere incipere, *leg. 12. tit. 11. 4. Part.* Nec alias ad notitiam consanguineorum facile poterit pervenire; licet aliud in praxi alii servandum testentur.

Et notabis, non sufficere, ut tempus illud legale

currere incipiat traditionem fictam: quum enim leges *retractus* omnem fraudem impedire velint, non facile evitabitur traditione ficta.

- 18 Quaer. ¿ Si quis rem patrimonii vendat cum pacto de retrovendendo, & intra novem dies proximior consanguineus, & ipse venditor ad retrahendum concurrant, quis praefertur? Resp. Venditor, quum jus sibi reservarit virtute pacti, quod leges *retractus* non abrogant. Quum & re a proximior consanguineo ablata, si venditor pretium offerat, adversum ipsum agere poterit: quum consanguineus rem eadem conditione acceptus videatur, ac primus emptor.

- 19 Quaer. ¿ In permutatione est locus *retractui*? Resp. Non, quum leges nostrae *Tauri*, & 6. tit. 7. libr. 5. *Ordinam.* eo quod de pretio loquantur, venditionem supponant. Unde, quia datio in solutum vim habet emptionis, & venditionis, facile hoc casu *retractum* procedere affirmamus.

- 21 Quaer. ¿ Si res patrimonii sub conditione vendatur, ex quo tempus currere incipit? Resp. A tempore existentis conditionis.

- 22 Pro superioribus decisionibus notabis, tempus novem dierum simul omnibus consanguineis currere; & sic licet coeteris renuentibus remotior admitatur, tamen, dum intra novem dies faciat, leg. nostr. 73.

- 22 Quaer. ¿ Si res patrimonii habita fide de pretio vendatur, est locus *retractui*? Resp. Utique: & tempus novem dierum currit a tempore traditionis; etsi retrahens solum solvere pretium tenetur eo tempore quo emptor tenebatur; sed intra novem dies idoneos ad arbitrium Judicis solutionis fidejussores dabit, leg. nostr. 72. Quaer.

Quaer. ; Si quis rem patrimonii eo pignora-  
vit, ut spes non sit luitionis, consanguineus tunc po-  
test retrahere? Resp. Utique, si praetium valori rei  
aequivalet, quum alienatio sit. Sic vidimus alienare  
prohibitum sub aliqua poena in eam incidere, si eo  
pretio rem hypothecae subjecit, ut non sit spes luiti-  
onis.

Quaer. ; Si consanguineus proximior intra novem  
dies non retrahit, postea poterit? Resp. Non: imo, &  
si res ad ipsum revertatur venditorem, non poterit  
amplius retrahi, etsi alienetur: quum enim res alie-  
nari prohibita semel fuit alienata, alienabilis perpetuo  
fit; sicut & pignus a debitore distractum de credito-  
ris consensu, etsi ad ipsum revertatur non instaura-  
tur jus pignoris.

Quaer. ; Predicti novem dies currunt naturaliter,  
vel de momento ad momentum? Resp. De momen-  
to ad momentum, quia regulariter terminus legalis sic  
currit. In his autem novem diebus dies celebrati con-  
tractus computatur. Et notabis, *novem dies etiam contra  
minores, absentes, & ignorantes currere: quod necessa-  
rium, & inexcusabile addere visum fuit, quamvis non  
explicet GOMEZ; sic cautum leg. 8. tit. 11. libr. 5.  
Recop.*

Quaer. ; Si in praesentia consanguinei res patrimo-  
nii vendatur, & ipse taceat, potest retrahere? Resp.  
Utique, quia taciturnitas non inducit proprie consen-  
sum; & retrahendi facultas non in sola voluntate &  
consensu consistit, sed in consignatione pretii, quod  
praesumitur non habuisse prae manibus consanguineum  
qui venditioni tacens interfuit.

- Quaer. ? Inter socios est locus retractui? Resp. Utique, dum inter novem dies retrahat, nostra *leg. 75.* Et licet *leg. 55. tit. 5. 5. Part.* jam sociis retrahere pro parte concessum esset; tamen id erat solum quum in venditione, & extraneus, & socius concurrebant.
- 27 Sed notabis, quod si inter socios res est adeo divisa, ut suam partem unusquisque habeat, si alter ex sociis suam ipsius vendat, non erit locus alteri ad retrahendum, *dict. leg. Part.* sufficit autem ut socius retrahere possit, quod & in parte minima socius sit. Unde si socius in loco communi Ecclesiam aedificare velit, suam partem alter socius vendere tenetur; quum & dominus in solidum hoc casu teneatur.
- 28 Quaer. ? Habet uxor medietatem rei quam constante matrimonio maritus retraxit? Resp. Non, quia origo istius acquisitionis ortum habuit non ex matrimonio, sed a jure sanguinis: et licet lucra constante matrimonio communicentur, ad jus specialissimum *retractus* non extenduntur. Habebit tamen pretii medietatem.
- 29 Quaer. ? Si quis rem patrimonii cum fructibus pendentibus vendat, & ipsos emptor perceperit intra novem dies, extenditur quoque ad ipsos *retractus*? Resp. Utique, quum qui retrahit, in jus plenum emptoris subrogetur; & *retractus* veluti species sit restitutionis in integrum. Quum & fructus pars fundi considerantur, & causam anteriorem emptioni habent, dum fundus in potestate venditoris erat. Justum tamen interesse quod medio tempore posset emptor superlucrari, ipsi absdubio consanguineus solvere tenebitur.
- 30 Quaer. ? Gabellam ex venditione rei patrimonii cau-

satam quis solvere tenetur? Resp. Primus emptor, quum jam contractus perfectus fuerit, licet postea restituere teneatur; nam & in venditione facta cum pacto de retrovendendo gabella ab emptore solvitur.

Quaer. ? Dominus directus potest retrahere? Resp. 31  
Utique, dum faciat intra novem dies. Sed in hoc articulo notabis I. quod si *superficiarius*, qui non praestat annuam pensionem domino directo, rem vendat, dominus retrahere potest: sed si praestat annuam pensionem, quum irrequisito domino vendere possit, habebit dominus tempus *leg. fin. Cod. de fur. emphyt.*

II. Quod si dominus soli vendat solum, *superficiarius* potest retrahere. III. Quod si *superficiarius* vendat, & concurrant dominus directus, consanguineus & socius, ille praefertur omnibus: & cum dominus vendit, omnibus *superficiarius*. In concursu autem socii, & consanguinei, ille praefertur, *nostr. leg. 74. Tauri.*

IV. Quod usufructuarius non potest retrahere, si 32  
propriarius proprietatem vendat, quum ille non habeat partem substantialem dominii, licet ususfructus alias pars dominii dicatur consideratus prout cum proprietate conjunctus.

V. Quod usufructuario usumfructum vendente, 33  
propriarius, quum ipsum jure consolidationis adquisit, non potest retrahere. Quum nec possit, etsi aliquo casu ex juris dispositione non consolidaretur ususfructus cum proprietate; quia inter usumfructuarium & proprietarium nulla est communio, nec societas.

Quaer. ? Si propriarius usufructuario proprietatem vendat, praefertur isti consanguineus, aut socius? 34  
Resp. Consanguineum, aut socium solam proprietatem



retrahere posse, quum ipsa sola vendita fuerit: & usus-  
fructuarius respectu proprietatis non potest praeferri,  
quum nullum jus in ea habeat. Et quidem si tota pro-  
prietas completa a consanguineo retrahatur, novum  
constituere usumfructum fructuario debet.

35 Quaer. Virtute *retractus* rescinditur venditio, ita  
ut novus in consanguineo, vel socio titulus, & con-  
tractus oriatur? Resp. Non, quum nulla sit rescissio-  
nis causa: solum fit subrogatio, & transfusio quaedam  
in retrahentis favorem.

36 Quaer. Quae actio est quae ad retrahendum com-  
petit? Resp. Actio personalis *dativa*, quae dicitur *con-  
dictio ex lege*, & est in rem scripta, competens in pri-  
mum emptorem, & quemlibet possessorem intra novem  
dies. Ex quibus sex priores articuli resoluti manent.

## LEX LXXVI. TAURI.

### I. TIT. X. LIBR. IV. RECOP.

## LET LXXVI.

33 „**M**Andamos, que à ninguno den nuestras Justi-  
„cias por enemigo en rebeldía, sin probanza  
„legítima, y pasados tres meses à lo menos despues  
„de la condenacion, y que sea pedido por el acusa-  
„dor: y si de otra manera la dieren, que sea en sí  
„ninguna la sentencia que sobre ello se diere, en  
44 „quanto à darlo por enemigo.

**D**isponit *lex* praesens : quod Judices neminem ini-  
micum in absentia declarent, nisi plena probatio-  
ne, & petitione partis intervenientibus, & tribus men-  
sibus elapsis post sententiam definitivam.

Jure communi non poterat absens accusari, nec  
condemnari ex delictis pro quibus imponenda esset poe-  
na ordinaria; idque etsi jam lite contestata, aut publi-  
catis attestationibus quis se absentaverit; licet accusa-  
tore absente optime ferri posset sententia, ne reo cap-  
to ejus absentia forte noceret. Sane, reus absens se de-  
fendere non poterat, & sanctius fuit semper habitum  
impunitum relinquere facinus nocentis, quam inno-  
centem damnare.

Et in tantum hoc procedebat, quod nec testes re-  
cipi poterant, licet in causis in quibus ob delictum so-  
la relegatio imponeretur, optime ad perpetuam rei  
memoriam examinari possint.

Ne tamen ex transcurso temporis delictum praes-  
criberetur, quum ad id 20. anni sufficerent, accusator,  
vel Judex ex officio poterant libellum proponere, quo fac-  
to, & praeterita, & futura praescriptio interrompeba-  
tur : & reus carebat illo beneficio quod respectu poenae  
leges concedunt, quum plurimum temporis transcurrit.

Sed quamvis id cautum erat, solum quoad delicta  
in quibus poena ordinaria reus afficiendus esset, tamen  
in crimine laesae Majestatis, quum Officialis publicus  
delinquebat in suo officio, aut quis alium fecerat spado-  
nem, & contra absentem procedi poterat. Quim & si  
ex delicto bona confiscanda erant, etiam in absentia  
poterant confiscari, *leg. 7. tit. 8. 3. Part.*

Ita de jure communi , cujus necessaria omnino  
 & cognitio ad *nostrae legis* intelligentiam. Sed jure Hispanico & contra absentem procedi potest , indistincte in quolibet crimine. Et quidem ter absens citatur cum termino novem dierum in qualibet citatione , etsi reus extra jurisdictionem fuerit , *leg. 3. tit. 10. libr. 4. Recop.* & in qualibet citatione debet quoque praeconizari , & in domo ( si quae sit ) absentis notificari , edicto fixo in loco publico , in quo delictum contineatur , terminus assignatus , & proclama data.

Quo facto , accusatio proponitur cum termino trium dierum , quibus lapsis contumacia accusatur , concluditur in causa quae termino competenti probanda recipitur , in quo & de innocentia absentis Judex inquirere debet : denique sententia definitiva pronunciatur , *leg. dict. Recop.*

Et quidem ipsa locum etiam habet , etsi contra minores procedatur ; generaliter enim loquitur. Nec cur ejus justitiam arguamur habemus , sicut nec dispositionem *nostrae legis* 76. etsi enim facultatem accusatori propria auctoritate occidendi inimicum tribuat , procedit reo jam legitime citato , probato plene delicto , & postquam pars petit , elapsis tribus adhuc mensibus post sententiam.

Et quamvis lege civili utique disponi potest quod ex semiplena probatione tantum absens condemnari possit , etiam in poena ordinaria , non tamen quum citatio procedat , quum haec quaedam defensio , & juris divini sit : etsi quibusdam casibus sola fuga , & contumacia reum confessum , & convictum faciat , ut vidimus in Officiali qui tempore Syndicatus fugit.

Quaer.

Quaer. ; Si jam causa legitime instructa ; reus absens vel se praesentat ; vel capitur ; probationes factae in absentia sustinentur ? Resp. Utique ; eodem modo ac si in praesentia factae fuissent. Et notabis ; quod licet quadam *Pragmatica* hujus regni ; semiplena probatio cum indiciis ad torturam sufficientibus ; sit ad condemnationem in poena ordinaria sufficiens ; tamen si reus se praesentaverit ; non procedit.

Quaer. ; Fuga in delictis & causis criminalibus quid operatur ? Resp. 1. Aliquando fugam ; ipsam solam delictum esse ; & ipsa probata ; statim imponitur poena. 2. Aliquando solum esse indicium ad torturam sufficiens alterius delicti principalis ; ut homicidii ; furti ; &c. Et quidem si reus captus fugit ; etsi in delicto principali innocens fuerit ; pro fuga & effractione carceris punitur. Sed notabis ; quod fuga semiplenam probationem non facit : & ideo etsi delictum principale per unum testem probetur ; non poterit reus condemnari poena ordinaria ; idque quamvis jam proposita fugerit accusatione.

Quaer. ; Si reus absens captus fuerit ; valet processus in absentia factus ? Resp. Utique ; etsi sententia jam lata fuerit : sed hoc casu ; Judex inquirere debet vel per rei confessionem ; aut aliam legitimam probationem de identitate ipsius rei ; & ipsi terminum concedere ut pro sua defensione alleget. Caveant tamen Judices de solemnitate processus ; ne nullitatis aliqua ratio inveniatur ; & ideo ; si accusatio non valide fuit proposita ; vel ex defectu personae ; vel ex defectu formae ; totus processus in absentia factus destruitur ; nisi in ipso inveniatur rei confessio ; quae & in nullo pro-

11 cesso facta subsistit.

Notabis, quod si jam lata sententia reus se sponte praesentaverit, solum audiri debet in principali negotio, prius omnibus solutis expensis.

Notabis etiam, Judicem qui contra absentem procedit de ejus inquirere debere innocentia, testes ad id recipiendo; sicut & in civilibus causis quamvis minoris sint praejudicii.

14 Quaer. Si reus innocens appareat, debet absolvi in absentia? Resp. Utique, quum condemnari possit; quum, ut jam diximus, Judex inquirere debet de innocentia rei, ita ut si ex actis rei defensio appareat, ipsum absolvere debeat: sed si non sit plene probatum delictum, & Judex de sententia sit dubius, causam debet indecisam relinquere, quum *lex nostra Tauri* plenam desideret probationem, ut quis inimicus declaratur, & facultas propria auctoritate ipsum occidendi accusatori tribuatur.

15 Quaer. Est justa *lex nostra*, quae parti offensae propriam vindictam permittit? Resp. Utique, quum non absolute ipsam tribuat, sed certo casu in ea contento. Praeterquamquod *lex nostra* poenam alias a jure impostam solum tollit, sicut & in aliis casibus aut tollit, aut minuit.

16 Quaer. Qui virtute *legis nostrae* potest alium occidere, poterit secum adducere socios? Resp. Utique si aliter forte non potuit facere; quia actu commisso, committuntur ea sine quibus expediri non potest. Ne tamen inde inferas, hanc facultatem propria auctoritate occidendi inimicum alteri cedi posse; est enim jus personalissimum, quod solum filiis committi poterit.

Ite-



Iterum, atque iterum dicimus, *legem nostram* solum procedere, quum probationes fuerint plenae, & liquidae, nam praesumptiones, aut indicia minime sufficiunt; quamvis ut sequatur condemnatio etiam in poena ordinaria, sola fuga cum indiciis ad torturam sufficientibus sit satis, *legib. 15. tit. 2. libr. 3. Ordin. 4. tit. 13. libr. 8. ejusd. & 47. Styli.* Addimus etiam, *legem Tauri* supponere delictum tale, quod poena mortis a jure puniatur: & ipsam, solum tribuere facultatem ad occidendum intra limites nostri Regni; idque dum fiat sine veneno, nam si forte veneno accusator occiderit inimicum, poene extraordinaria pro excessu mulcabitur.

Quaer. Qui occidit virtute hujus *legis*, peccat mortaliter? Resp. Si ex odio fecerit, utique, secus si zelo justitiae, D. Thom. *in 2. 2. q. 63.*

## LEX LXXVII. TAURI.

X. TIT. IX. LIBR. V. RECOP.

## LET LXXVII.

„**P**OR el delito que el marido, ò la muger cometi-  
 „ metiere, aunque sea de heregía, ò de otra  
 „ qualquier qualidad, no pierda el uno por el delito  
 „ del otro sus bienes, ni la mitad de las ganancias  
 „ habidas durante el matrimonio. Y mandamos, que  
 „ sean habidos por bienes de ganancia todo lo multi-  
 „ plicado, durante el matrimonio, fasta que por el  
 „ tal delito los bienes de qualquier dellos sean declara-

„ dos por sentencia , aunque el delito sea de tal qua-  
 „ lidad , que imponga la pena *ipso jure*.

**D**Isponit *lex nostra* , conjugem propter delictum conjugis nec sua bona , nec medietatem adquirentium constante matrimonio perdere. Praecipit etiam , ut pro lucratis habeantur quae bona multiplicata hoc tempore fuerunt , quousque de bonis conjugis delinquentis pronunciatum fuerit ; idque etsi tale sit crimem , in quo poena ipso jure imponenda veniat.

1 Pro cuius intelligentia notabis : quod sicut socius & haeres de bonis alterius socii , & cohaeredis disporre non potest ; ita nec Fiscus de bonis alterius conjugis , si ob delictum fiat unius haeres , disporre potest , quum subrogetur in locum illius qui deliquit ; & notum est socium de alterius delicto non teneri.

2 Respectu mariti & uxoris & alia id ratione procedit , quum dominium & possessio ejus quod constante matrimonio acquiritur , ipso jure transeat in uxorem , & e contra.

3 Et quamvis marito pateat facultas bona lucrata alienandi , *leg. fin. tit. 4. libr. 5. Ordin.* id tamen de alienatione ex contractu intelligendum , non ob delictum ; sicut vidimus in filiofamilias , qui liberam peculii castrensis alienandi facultatem habet. Nec unquam in administratione libera , alienatio per dolum comprehensa fuit.

## LEX LXXVIII. TAURI.

## XI. TIT. IX. LIBR. V. RECOP.

## LEX LXXVIII.

„ **L**A muger, durante el matrimonio, por el de-  
 „ lito puede perder en parte, ò en todo sus bie-  
 „ nes dotales, ò de ganancia, ò de otra qualquier  
 „ qualidad que sean.

**D**ICIT : uxore amittere posse omnia bona sua, aut  
 partem eorum ob delictum commissum cons-  
 tante matrimonio.

Jure communi quinque solum delictis mulier do- 1  
 tem poterat amittere, laesae Majestatis, violentiae, par-  
 ricidii, veneficii, & homicidii. Sed nostro, in omnibus  
 in quibus bona confiscanda veniunt, perdere potest. 2

Notabis tamen, quod si inter uxorem & maritum  
 pactum fuerit de dote lucranda, delictum illius, non 3  
 debet huic nocere; est enim obligatio quae marito, ut  
 alia quaelibet, salva manere debet. 4

Similiter, per delictum mariti dos non confiscatur, 4  
 quum ipsum restituere teneatur, *leg. 10. tit. 9. libr. 5.*  
*Recop.* nec ususfructus illius Fisco pertinet, sed bona  
 debent statim uxori resitui (ut accidit in caeteris bonis  
 restitutioni subjectis) pro sustentatione sua : nisi ipsa 5  
 commiserit delictum, in quo veniat confiscationis poe-  
 na, *leg. nostr. 78.*

Quaer. ; Si ob delictum uxoris bona dotalia confis- 6  
 centur, & ipsa viva remaneat, debet ali a marito? Resp.

Uti-

Utique ; sed bona dotalia non confiscabuntur si patris, aut alicujus extranei fuerint , & hi sibi reddi soluto matrimonio stipulati fuissent.

## LEX LXXIX. TAURI.

VI. TIT. II. LIB. VI. RECOP.

### LEX LXXIX.

„ **O**rdenamos , y mandamos , que las Leyes des-  
 „ tos Reynos , que disponen , que los Hijos-  
 „ dalgo y otras personas por deuda no puedan ser pre-  
 „ sos , que no hayan lugar , ni se platiquen , si la tal  
 „ deuda descendiere de delicto , ò *quasi* delicto : antes  
 „ mandamos , que por las dichas dudas estén presos ,  
 „ como si no fuesen Hijos-dalgo , ò exemptos.

**N**obilis pro debito quod non descendat ex delicto  
 incarcerari non potest , *leg. nostr. 79.*

- 1 Pro ejus intelligentia observabis : debitorem olim  
 incarcerari potuisse , donec cessisset bonis , *leg. 1. & 4.*  
 † *tit. fin. 5. Part.* cujus cessionis effectus erat , ut bo-  
 2 nis venditis , creditoribus satisfaceret , etsi debitor in pos-  
 tea quaesitis teneretur solum in quantum facere posset ,  
*leg. 3. dict. tit. & Part.* nisi in fraudem creditorum alie-  
 3 nasset. Hoc beneficio cessionis non gaudebat fidejussor ,  
 quia soli debitori concessum.

Postea *leg. 5. tit. 12. libr. 5. Ordinam. & 7. tit. 16.*  
 † *libr. 5. Recop.* cautum est , ut si debitor solidum non  
 solveret , posset incarcerari donec vel solvat , aut alias cre-

creditori serviat usque ad extinctionem debiti.

Sed *lex nostra* id gravamen nobilibus abstulit, & solum pro debito ex delicto ipsos incarcerari patitur; in quo solum extendit *legem 4. tit. 2. libr. 4. Ordin.*

Et locum habet, etsi nobilis huic privilegio renuntiasset, quum toti generi nobilitatis concessum sit. Sed si tempore contractus ex quo fuit nobilis obligatus, ipse scienter nobilem se esse negaverit, nec id alias alteri contrahenti constabat non est dubium tunc amittere privilegium.

Quaer. Si persona non privilegiata ad Ecclesiam confugiat, poterit ab ea extrahi? Resp. Utique, requisito prius Ecclesiastico Judice, & a Saeculari cautione praestita, ipsum non esse impositurum reo poenam corporalem. Quum si Judex Ecclesiasticus tradere recuset, Saecularis solus poterit facere.

Nota, ut obligatio ex delicto dicatur descendere, sufficit quod accessorie ex officio Judicis ex crimine aut publico, aut privato veniat.

Quaer. Quis dicitur nobilis? Resp. Qui ex privilegiato sanguine descendit, & a tributis plebejorum exemptus est, etsi ejus mater sit vilis: cujus sola nobilitas non facit filium nobilem, *leg. 2. § 3. tit. 21. 2. Part. & 1. tit. 11. 7. Part.*

Quum autem pater sit, & filius ejus naturalis nobilis est, quum jus sanguinis sit, *leg. 1. tit. 11. 7. Part.* sed non spurius, aut vulgo conceptus, *leg. 1. tit. 11. 7. Part. 2. tit. 13. 4. Part.*

Quaer. Quare filius respectu nobilitatis non sequitur matris conditionem, quum respectu status sequatur? Resp. Quia ita magis consulitur filio, & civibus.

No-



Notabis denique: viduam gaudere nobilitatis privilegio, si maritus fuit nobilis, etsi ipsa non sit. De nobilitum privilegiis vide sis totum *tit. 2. libr. 4. Ordinationum.*

## LEX LXXX. TAURI.

### II. TIT. XX. LIBR. VIII. RECOP.

## LEX LXXX.

„**E**L marido no pueda acusar de adulterio à uno  
 „de los adulteros, seyendo vivos; mas que à  
 „ambos adultero, y adultera los haya de acusar, ò à  
 „ninguno.

## LEX LXXXI. TAURI.

### IV. EOD. TIT. ET LIBR.

## LEX LXXXI.

„**S**I alguna muger, estando con alguno casada, ò  
 „desposada por palabras de presente en faz de la  
 „Santa Madre Iglesia, cometiere adulterio, aunque  
 „se diga, y pruebe por algunas cosas, y razones,  
 „que el dicho matrimonio fue ninguno, ora por ser  
 „parientes en consanguinidad, ò afinidad, dentro del  
 „quarto grado, ora por que qualquiera dellos sea obli-  
 „gado antes à otro matrimonio, ò haya fecho voto de  
 „castidad, ò de entrar en Religion, ò por otra cosa

„al-

„ alguna , pues ya por ellos no quedó de hacer lo que  
 „ no debian , que por esto no se escusen à que el ma-  
 „ rido pueda acusar de adulterio , asi à la muger , co-  
 „ mo al adúltero , como si el matrimonio fuese ver-  
 „ dadero. Y mandamos , que en estos tales que asi  
 „ habemos por adúlteros , y en sus bienes , se egecute  
 „ lo contenido en la Ley del *Fuero* de las Leyes , que  
 „ fabla cerca de los que cometieren delicto de adul-  
 „ terio.

## LEX LXXXII. TAURI.

V. EOD. TIT. ET LIBR.

## LET LXXXII.

„ **E**L marido que matáre por su propria autori-  
 „ dad al adúltero , y la adúltera , aunque los  
 „ tome *in flagranti delicto* , y sea justamente hecha  
 „ la muerte , no gane la dote , ni los bienes del que  
 „ matáre ; salvo si los matáre , ò condenáre por auto-  
 „ ridad de nuestra Justicia , que en tal caso manda-  
 „ mos , que se guarde la Ley del *Fuero* de las Leyes  
 „ que en este caso disponen.

**D**E delicto adulterii , & ejus poena loquuntur *is-*  
*tae tres Leges* , quarum *prima* cautum est , ma-  
 ritum non posse nisi utrumque adulterum accusare ,  
 quum vivus fuerit uterque. *Secunda* statuit , locum es-  
 se poenae adulterii , etsi probetur matrimonium fuis-  
 se aliqua causa nullum. *Tertia* disponit , maritum do-

tem, nec bona occissi lucrari, si propria auctoritate adulteros, quos forte in flagranti deprehendit, occidit.

- 1 Jure primaevo nullus coitus, nullus accessus fuit punibilis, ita necessitate exigente. Sed jam lege scripta
- 2 solus matrimonialis coitus approbatus, & ab ipso Deo in Sacramentum erectus, licitus remansit. Sane,
- 3 in eo adhuc est castitas, & maxima pudicitia, quae omnino in caeteris deficit, praeter mala, & incom-
- 4 moda quae animae & corpori inferunt.

- Jure civili plurimi etiam sunt coitus prohibiti, &
- 5 poena mulctati. Primus est, accessus cum virgine, etiam extra violentiam, qui vocatur *stuprum*.

Quaer. ? Qua poena mulctatur? Resp. Jure *Partitar.* in persona honesta, publicatione medietatis bonorum; in vili coercitione corporis arbitraria cum relegatione, *leg. 2. tit. 19. 7. Part.* Qua poena & ipsa stuprata puniebatur, & Judex poterat intra quinque

- 6 annos ex officio inquirere. Sed jus Canonicum com-
- 7 muni consuetudine in nostro Regno observatum, stupratorem coegit, aut stupratam ducere, aut eam do-
- 8 tare, si ipsa ejusve parens nubi stupratore noluerit, *cap. 1. & 2. de Adult.*

- 9 Si autem qui virginem corruperit, nec ducere, nec eam dotare velit, aut non possit, puniri poterit poena illa *Partit.* quam diximus: quim & aliqua levi mulctari debet, si tantum dotare voluerit.

- 10 Quaer. ? Dispositio illorum *capp.* procedit, si sponte virgo passa fuit corrumpi? Resp. Violentia, aut persuasione probata (quam semper in dubio praesumimus) utique; secus si expresse constet adfuisse.

- 11 Quaer. ? Si jam corrupta cum altero matrimonium con-

contraxit, habebit locum illa dispositio? Resp. quoad dotem utique: fuit enim ex delicto nata obligatio, a qua corrumpens per matrimonium corruptae cum alio non liberatur. Et quamvis dotata fuerit, id facile procedere dicimus; quum nec pater ab onere dotandi filiam liberetur, etsi ipsa jam nupta fuerit; & alimentato adhuc alimenta debeantur, si jus habuerit ad ipsa. 12

Secundus coitus a jure punibilis est accessus ad vi- duam, quod & *stuprum* dicitur: sed jam generali consuetudine tanquam dissimulata jacet poena antiqua hujus criminis. 13

Tertius est accessus ad consanguineam, si scienter inter descendentes usque in infinitum, aut collaterales intra quartum gradum coitus intervenerit, qui *incestus* dicitur. 14

Quaer. 2. Hoc crimen qua poena punitur? Resp. Hodie poena arbitraria puniri, & insuper confiscatione dimidiaie partis bonorum, *legib. 5. tit. 15. & 7. tit. fin. libr. 8. Ordinam. leg. 7. tit. 20. libr. 8. Recop.*

Sed notabis: aliquam excussationem mereri qui colore matrimonii jungitur consanguinea, cum qua postea contraxit. Item committi cum quis ad uxorem consanguinei sui intra quartum gradum accedit; idque praeter adulterium. Eodem crimine tenentur qui ad Monialem, aut si Religiosus ad solutam accedant, *dict. leg. 7. tit. 20. libr. 8. Recop.*

Notabis etiam, in hoc crimine majorem probationem desiderari, quam quum de copula inter extraneos probanda agitur: est enim gravis quae ex consanguinitate praesumptio honestatis oritur. Sed non ideo incestum admissum fuisse dubitaveris, si consanguinei 16

eodem lecto & occulto nudi reperti fuere : etsi non adhuc inter descendentes ex hoc , propter maiorem honestatis praesumptionem , probatum dicatur.

- 18 Notabis aequae: quod ut peccatum contra naturam (cujus poena est ignis) probatum dicatur, major adhuc, imo & maxima probatio requiritur, ita ipsa exigente natura. Unde nisi per ipsam commixtionem, vel ex motu ipsam necessario arguente vix unquam probatum dixeris.

- 19 Quartus accessus a jure civili punibilis est cum Sacerdote, Clerico, Religioso, & homine conjugato. Et quidem eorum concubina prima vice poena unius marchae argentae punitur, & exilio unius anni: pro secunda, & ipsi praeterea imponitur flagellorum poena.

NOTA. Nobis addere necessarium fuit visum, jam hodie hujusmodi poenas in usu esse desisse; & concubinae vel in domibus sive carceribus publicis, ad id erectis quas vulgo Galera dicimus, vel in Hospitiis, juxta earum qualitatem, detruduntur.

- 20 Si tamen talis concubina conjugata fuerit, solus eam maritus accusare poterit, nisi ipse leno fuerit uxoris, quae tunc tanquam si conjugata non esset puniri poterit.

- Notabis: posse his casibus saecularem Judicem Clericorum, Religiosorum, & conjugatorum introire domus; quoniam hoc sit de personis Ecclesiasticis ferre supplicium, sed ipsum jus Canonicum potius juvare, quo Clericis fornicatio omnis interdicta est.

- 22 Notabis etiam; quod ut poenae illae a concubinis Clericorum sumerentur, scandalum vicinorum, non unus sufficiebat, aut alter aditus. Denique, conjugatum



tum infamem dici posse qui concubinam habet.

Quinto est punibilis accessus inter dominam, & 23  
servum: & iste quidem concremabitur; ipsa vero mul-  
tabitur poena capitali, *leg. 2. tit. 19. 7 Part.* Nec a  
poena liberantur etsi nubat domina servo, aut ipsi de-  
derit libertatem, & postea nupserit ipso; *leg. 1. tit. 11.  
libr. 4. For. LL.*

Sexto est punibilis accessus tutoris, vel curatoris 24  
cum pupilla, vel adulta sua; & quidem poena depor-  
tationis cum bonorum confiscatione, *leg. 6. tit. 17. 7.  
Part.*

Similiter, si custos carceris ad incarcerationem acces- 25  
sum habeat, poena arbitraria mulctabitur, carceris &  
personarum qualitate attenta.

Septimo, punibilis est accessus cum alicujus sec- 26  
tae persona: & tunc ipse sectarius lapidibus petitur,  
& mulier nostra pro prima vice medietatem bonorum  
amittit, quae ejus parentibus, vel in eorum defectu  
Fisco applicatur, & pro secunda, omnibus amissis  
morte punitur; imo si publica mulier fuerit, poena  
flagellorum pro prima vice mulctatur, *leg. fin. tit. 25.  
7. Part.* Et si conjugata fuerit, marito traditur *dict.  
leg.*

Octavo est punibilis coitus quum quis contraxit 27  
his matrimonium, idque ad secundam uxorem etsi non  
accedat. Et quidem infamis efficitur, bona quae in lo-  
co ubi contraxit habebat, amittit, & ipsi in fronte li-  
tera Q. exaratur; imo & quinque annorum exilio  
mulctatur, *legib. 6. tit. 15. libr. 8. Ordinam. 3. tit.  
1. libr. 5. ejusd. & fin. tit. 17. 7. Part.*

Notabis bona illa, filiis aut nepotibus non extan-  
ti-

tibus, pro dimidio Fisco, & parti quae ignoranter fuit damnum passa: & si ambo scienter contraxerunt poena exilii mulctantur, & ex integro bona Fisco applicantur.

28 Quaer. 2 Habet locum in foemina quae bis contrahat praedicta poena? Resp. Utiq;e, quum eadem ratio quae in masculo, in ipsa militet, *dict. leg. tit. 17. 7. Part.* Imo & foemina talis a poena adulterii non ideo liberabitur.

29 Quaer. 2 Si ter aut pluries quis matrimonium contraxit, punitur gravius? Resp. Utiq;e; & ultra praedictas (quum hic casus a jure decisus non reperiatur) poena extraordinaria Judicis arbitrio mulctabitur.

30 Quaer. ? Si matrimonium secundo contractum prima vivente uxore ex aliquo impedimento invalidum fuerit, habet locum praedicta poena? Resp. Utiq;e; solum enim dolus & contrahentis delictum inspicitur, non valor ipsius matrimonii; sicut nec iste attenditur ut qui incestas scienter nuptias contraxit tanquam incestuosus puniatur.

31 Quaer. 2 Si mulier credens mortuum maritum, iterum contraxit, incurrit praedictas poenas si ipse vivat? Resp. Quod si ipsa per nuntium aliquem instructa fuerit de morte mariti, impune poterit secundo nubere. Fama etiam de morte mariti decem annis elapsis, ipsam quodammodo excusabit, etsi vivus postea maritus appareat, cui tradetur, ut de ipsa vindictam (salva vita) sumat, *leg. 7. tit. 15. libr. 8. Ordinam. faciunt leges 8. tit. 9. 4. Part. & 14. tit. 14. 3. Part.*

32 Nono est punibilis accessus contra naturam, veluti ad alium hominem accedens, quod crimem *Sodomiae*

*niae* dicitur a Sodoma Civitate ob hoc crimem cum aliis destructa: quod in agente & patiente poena mortis punitur & concremantur, bonis omnibus confiscatis, *leg. 2. tit. 21. 7. Part. & 2. tit. 9. libr. 4. For. LL.*

Eadem poena mulctatur qui modo a natura non 33  
destinato per vas oppositum cum uxore agit. Simili-  
ter si foemina ut masculus virtute alicujus materialis 34  
instrumenti cum alia foemina agat; aut masculus sic  
faciat, eadem poena puniuntur, quum crimen illud  
admitant.

Sed si foemina cum alia sine instrumento agat  
poena arbitraria flagellorum, aut reclusionis punitur:  
idem dicendum si foemina ut agens ad virum accedat.

Notabis, solum affectum & attentatum in hoc de-  
licto puniri: unde quamvis quod dicunt *pollutionis* pec-  
catum contra naturam sit, licet non ejus poena pu-  
niatur (deficit enim delicti forma) poena tamen ar-  
bitraria mulctatur.

Decimo punibilis est coitus cum animali, tan in 35  
muliere, quam in homine: & hujus delicti, quod *bes-  
tialitas* dicitur, & est aequae contra naturam, poena  
mortis est & concremationis; quum & ipsum animal  
suspenditur propter immanitatem criminis, & publi-  
cum exemplum.

Etiā est puniendus poena arbitraria accessus ad  
rem, vel materiam ad coitum non natam; & Judex  
qualitatem facti & personarum attendere debet.

Undecimo, punibilis est accessus per vim commis- 36  
sus, veluti si in hunc finem aliquis cujuscumque con-  
ditionis foeminam rapuerit. Poena hujus delicti mors  
est,

est, & conficatio in favorem raptæ omnium bonorum, *legib. 3. tit. 20. 7. Part. 1. & 2. tit. 10. libr. 4. For. LL.* Et quidem si in eremo admissa fuerit violentia, est locus *sagittæ*, *leg. 2. in legib. de la Hermandad, tit. 13. libr. 8. Recop.*

37 Eadem poena mulctantur qui ut hoc perpetraretur delictum auxilium præstitere, & foemina qui virum (quod raro contingit) rapuerit: sicut & sponsus in hunc finem sponsam de futuro rapiens, *dict. leg. 3. tit. 20. 7. Part.* Sponsam tamen de præsentī impune sponsus rapere poterit, *ex dict. leg. Part. iure subjectionis, & possessionis quod habet.*

40 Quaer. 2 Sufficit raptus solus, si accessus non fuit sequutus, ut raptor prædicta poena puniatur? Resp. Utique, nisi forte raptor ideo foeminam non cognovit quia ipse noluit. Unde si ex aliqua causa non potuit, poena mortis suum locum habebit, tunc enim solus raptus delictum consummavit: facit *lex 1. tit. 10. libr. 4. For LL.*

41 Quaer. 3 Qua poena mulctatur qui citra raptum per vim foeminam cognovit? Resp. Ipsa poena mortis quam diximus, *dict. leg. 3. tit. 20. 7. Part.*

42 Quaer. 4 Qui rapit & foeminam immaturam per vim cognoscit qua poena plectitur? Resp. Eadem mortis poena.

43 Quaer. 5 Raptor, aut qui foeminam oppresit, poterit matrimonium cum ipsa contrahere, & sic delicti poenam evitare? Resp. Utique, & quidem poenam evitabit, *leg. 2. tit. 1. 7. Part.* aliter enim parum matrimonium prodesset. Sic vidimus stupratorem qui stupratam duxit ab omni poena liberari.

Quaer.

Quer. Si raptor & rapta in delicto apprehensi ante matrimonio contraxisse fateantur, evitabit ille poenam? Resp. Utique, nisi aliqua signa confessioni contraria appareant, ut si plorans mulier inveniatur, vel qualitas personarum sit valde dissimilis.

Notabis praedicta omnia procedere quum rapta mulier honesta fuerit, secus in meretrice, praeterquam quod conjugata sit, aut jam vivat honeste.

Duodecimo punibilis est accessus ad foeminam conjugatam, quod crimem dicitur *adulterium*.

Quer. Qua poena plectuntur qui hoc delictum consummarunt? Resp. Si criminaliter agatur, uterque sententia Judicis ponitur in potestate mariti, ut de ipsis & bonis eorum quidquid voluerit faciat, *leg. 1. tit. 7. libr. 4. For. LL. & 2. tit. 15. libr. 8. Ordinam.*

Ergo poterit maritus eos interficere, & a fortiori aliquam mitiorem poenam ipsis imponere; sub qua declaratione procedit etiam *lex 76. Tauri*.

Notabis autem praedictam poenam in sponsa de futuro alteri se tradente non habere locum, licet secus dicendum in sponsa de praesenti, de qua intelligenda *lex 1. tit. 17. 7. Part.*

Notabis etiam, maritum, dum adulter uterque vivat, unum sine altero non posse accusare, *leg. 80. Tauri.*

Notabis aequae bona marito eo casu non applicari quo filii sint, *nostr. leg. 81. & dict. tit. 7. libr. 4. For.*

Si vero civiliter, & ad thori separationem agatur (quo casu solus Ecclesiasticus Judex est competens) omnia bona sua adultera amittit, & marito applicantur.

Quaer. Si ratione consanguinitatis, vel alia matri-



monium sit nullum, mulier sic conjugata, & adulterium commissa, tenetur praedicta poena? Resp. Utique, *leg. nostr. 81*. Unde maritus ille poterit adulteros propria occidere auctoritate si ipsos in flagranti apprehenderit.

Si tamen ob defectum consensus nullum matrimonium fuerit; aut si uxor in minori aetate contraxit, & se alteri ea durante tradidit; non poterit de adulterio accusari: & notabis, fortius (ut ita dicamus) esse matrimonium contractum inter prohibitas personas, quam illud in quo consensus absuit.

49 Quaer. ? Quis adulteros accusare potest? Resp. Solus maritus, *leg. 3. tit. 7. libr. 5. For. LL.* idque etsi ipse absens fuerit: sed solum intra quinquenium ipsi accusatio patet, *leg. 4. tit. 17. 7. Part.* quum aliud quodvis delictum non nisi viginti annis praescribatur.

50 Quaer. ? Qualiter probatur adulterium? Resp. Per ipsam commixtionem, aut vehementem praesumptionem, quae oritur si in eodem lecto jacentes, & nudos aliqui testes se utrumque vidisse deponant.

50 Quaer. ? Maritus potest propria auctoritate adulteros interficere? Resp. Utique, si eos in flagranti deprehendat, & dum utrosque occidat, *leg. 2. tit. 13. libr. 8. Ordinam.* Sed si ex aliquo impedimento unum eorum interficere non potuisset, excusabitur; imo & si cum ambo potuerit, occidat unum solum, non poena ordinaria, sed alia mitiore solum mulctari poterit, *leg. 24. tit. 17. 7. Part.*

52 Sane, laethali peccato afficitur maritus qui *harum legum* virtute occidit; sed ne ideo iniquitatis eas arguas, ut demonstratum reliquimus supra *leg. 76.*

¿ Quid

Quid si uxor sit praegnans, & maritus sciat? 53

Resp. Adhuc ipsam occidere posse, quasi enim provocatus & ob defensionem propriam maritus agit. Et 54  
quum haec executio, etsi legalis sit, vere sit hominis, nihil est cur mireris in ipsa non observari quod alias attenditur in muliere gravida. 55

Imo & Clericum in flagranti repertum maritus occidere potest, superiori eadem ratione, *leg. 3. tit. 9. 1. Part.* 55

Quaer. Si maritus adulteros in flagranti repertos occidit, punitur, aut qualiter excusabitur si id ipsum probare non poterit? Resp. In hoc casu quum ipse sit probationis difficilis ex solis conjecturis, & praesumptionibus maritus excusabitur. Unde si adulteri occisi inveniuntur eo loco & modo quo si vivi fuissent inventi adulterium probatum esset, nullam subibit poenam maritus, quum praesumatur sic eos invenisse, & occidisse ibi; quilibet enim in quolibet loco si occisus inventus fuerit, ibi mortuus praesumitur, sicut facile dicimus vicinum quem illius loci esse quo invenitur. 56

Quaer. Excusabitur maritus si adulteros interfecit non in flagranti repertos, adulterio probato? Resp. Non; ob delictum enim jam praeteritum gravis vindicta non patet marito in uxorem, licet patri (ut a poena ordinaria liberaretur) in filium respectu novercae forte concedatur. 57

Quaer. Poterit maritus de adulterio suspectum (quia in loco secreto cum uxore forte loquentem invenit) occidere. Resp. Si prius in scriptis sub trium tertium fidedignorum, sine Tabellionis tamem praesentia ter eum denunciavit, *unique, leg. 12. tit. 17. 7. Part.* 58

Quaer. ¿Quo casu maritus adulteros occidere potest, poterit alteri vindictam committere? Resp. Non, est enim jus vindictae personalissimum; non ideo tamen amicos, aut familiares secum adducere prohibetur.

Quaer. ¿Maritus propria auctoritate occidens uxorem lucratur dotem & caetera quae alias adquisiturus esset via juris ordinaria? Resp. Non, qui enim propria auctoritate occidit, lucrum legale amittit, & ita cautum nostr. leg. 82. Non tamen arcetur ideo maritus a successione filiorum adulterorum in bonis ab ipsis habitis, quum juste interficiat.

Quaer. ¿Si uxor ab aliquo de adulterio committendo requisita id marito suo revelavit, poterit licite decipere requirentem, ut venientem injuria afficiat? Resp. Utrique, a paritate domini respectu servi, de furto requisiti: unde & custos Castellus cujusvis id ipsum facere poterit, & requirentem circumvenire. Imo & Judex id ipsum cum illo qui in fraudem legis *Juliae nepetundarum* aliquid ei offert, facere poterit.

Quaer. ¿Si maritus antequam uxorem de adulterio accuset moriatur, & ipsa ab haeredibus dotem petat, poterunt adulterii exceptionem opponere? Resp. Non, haec enim exceptio ad vindictam tendit, quae, sicut & actio injuriarum, non transmittitur ad haeredes.

Quaer. ¿Retento superiori casu, si uxor decedat, maritus poterit dictam exceptionem illius haeredibus proponere? Resp. Non, omnis enim poena extinguitur quum delinquens ante litem contestatam moritur, leg. 25. tit. 1. 7. Part.

Quaer. ¿Si vidua stuprum commissit, amittit dotem?

tem? Resp. Non, idque sive extra, sive intra annum luctus sit; sive dotem jam habeat, sive sit adhuc penes haeredes mariti. Haec enim exceptio, ut diximus, personalis est, & si adulterio commisso haeredibus non patet, minus multo dabitur ex stupro, vel accessu in statu viduitatis admissio.

Quaer. ; Quas habet excusationes uxor adultera ut a poena adulterii excusari possit? Resp. Plures. I. Vt si post adulterium quinquenium transactum fuerit, *leg. 4. & 7. tit. 17. 7. Part. II.* Si de consensu mariti adultera facta fuit; & haec quidem excusatio ab ipsa ante litis contestationem proposita facit puniri maritum, quum & adulterum excusat eo tempore ab eo proposita, *leg. 7. dict. tit. & Part. III.* Si post adulterium commissum maritus scienter in domo retinuit uxorem, *leg. 8. dict. tit. & Part. & 3. tit. 7. libr. 4. For. LL.* Sed omnes hae exceptiones, & similes opponi debent ante litem contestatam.

Quaer. ; Debet maritus adulteros simul accusare? Resp. Utique, *nostr. leg. 80. Taur. correct. leg. 2. tit. 15. libr. 8. Ordinam.* Et quidem in eodem libello, dum tamen uterque vivat. Jure communi si solum unum accusaret maritus, sententia lata contra accusatum alteri non nocebat, licet favorabilis processet, *leg. 9. tit. 17. 7. Part.* ut in caeteris delictis connexis.

Quaer. ; Quae sit poena lenocinii? Resp. Easi *leg. 2. in fin. tit. 22. 7. Part.* poena mortis stabilita sit in maritum, & alium quemlibet lenonem, dum adulterium, stuprum, &c. sequutum sit; tamen ex generali consuetudine hujus Regni lenones, & lenae cum mitra flagellantur. Copula tamen non sequuta, aut si quis in-

honestae personae leno fuerit, poena arbitraria punitur.  
 Et notabilis actione injuriarum teneri qui ad aliquam le-  
 nonem mittit, etsi delictum non sequatur, *leg. 5. tit. 9.*  
*7. Part.*

75 Quaer. denique. Si uxor filium ex adulterio ha-  
 beat, & de hoc sit certa, maritus autem ignorans, quid  
 ipsa in conscientia facere debet? Resp. Si dubia sit uxor  
 eo quod promiscue cum adultero & marito accessum  
 habeat, secuta est uxor in utroque foro, *leg. 9. tit. 14.*  
*3. Part.* Si autem certa sit, filium inducat ut Mendi-  
 cantium Religionem ingrediatur, vel ut a paterna se  
 absteineat haereditate, sigillo ad id revelato, si sine pe-  
 riculo id facere potuerit. Sed si id a filio exequi non  
 potuit, tunc si bona habeat ex quibus satisfacere possit  
 id quod adulterinus aufert, ex his caeteris restituere de-  
 bet quibus alias ventura fuisset haereditas; & si hos ig-  
 noraverit, pauperibus distribuatur. Si autem sigillum sub  
 homicidii periculo revelare non potuerit, aut non au-  
 deat, & bona non habeat ex quibus restituere possit,  
 si poeniteat, & conteratur secuta erit in foro conscien-  
 tia.

## LEX LXXXIII. TAURI.

### IV. TIT. XVII. LIBR. VIII. RECOPI.

## LEX LXXXIII.

„ Quando se probare que algun testigo depuso  
 „ falsamente contra alguna persona, o personas,  
 „ en alguna causa criminal, en la qual si no  
 „ se averiguase su dicho ser falso, aquel, o aquellos  
 „ con-



„ contra quien depuso merecia pena de muerte, ò otra  
 „ pena corporal; que al testigo, averiguandose como  
 „ fue falso, le sea dada la misma pena en su perso-  
 „ na, y bienes, como se le deberia dar à aquel, ò  
 „ à aquellos contra quien depuso, seyendo su dicho  
 „ verdadero; caso que en aquellos contra quienes de-  
 „ puso no se egecute la tal pena, pues por él no que-  
 „ dó de darsela. Lo qual mandamos, que se guarde,  
 „ y egecute en todos los delitos de qualquier calidad  
 „ que sean: en las otras cosas criminales, y civiles  
 „ mandamos, que contra los testigos que depusieren  
 „ falsamente, se guarden, y egecuten las Leyes de  
 „ nuestros Reynos, que sobre ello disponen.

**H**AEC *lex* justissima statuit, quod si testis aliquis  
 adversum aliquem in criminali causa falso depo-  
 nat, patiatur eandem quam poenam accusatus passu-  
 rus fuisset, si non convinceretur testis de falsitate: id-  
 que sine aliarum legum quae hac in re disponunt prae-  
 judicio.

Pro quorum intelligentia sciendum, falsitatem esse  
*delictum publicum*, admissum ab eo qui scienter & dolose  
 in praejudicium alterius veritatis substantiam mutat,  
*leg. 1. & pen tot. tit. 7. 7. Part.*

Quaer. 2 Quando committitur falsitas? Resp. Primo  
 quum quis adulterino signo monetam Principis superio-  
 rem non recognoscentis cudit. Et poena hujus delicti,  
 quod & laesae Majestatis dicitur, praeter bonorum con-  
 fiscationem, mors est qualificata ignis, *leg. pen. & fin.*  
*tit. 7. 7. Part. & 7. tit. 12. libr. 4. For. LL.* Eadem  
 poena mulcantur socii, & auxilium, scienter consilium

ve praeabentes: item, qui domum aut fundum ad id locarunt. Imo domus ipsa etsi cudentis non sit confiscatur, quamvis ejus dominus ignorans sit; dum minor XIV. annorum non sit, aut alicujus mulieris viduae, *dictis ll. & 5. tit. 17. libr. 8. Recop.*

4 Eadem plectitur poena qui monetam totonderit, raserit vel deminuerit, *leg. 67. tit. 21. libr. 5. Recop.* etsi antea poena arbitraria, vel ad triremes miteretur, *dict. leg. penult. tit. 7. 7. Part.*

5 Similiter, qui scienter falsam monetam expendit; & quamvis aliqua contra possidentem suspicio oriatur, si illum a quo monetam habuit ostenderit omnino excusabitur.

6 Falsus etiam dicitur qui fecit scripsitve falsam scripturam, vel aliquam ejus partem delevit, si tamen aliquod indicium aut fidem ipsa continebat. Et quidem si Regis sit, aut summi Pontificis poena mortis punitur; si autem alterius sit scriptura & fuit Tabellio qui falsitatem commisit, ipsi manus dextra amputatur, amittit officium, & fit infamis: sed si alia persona privata fuit, poenam deportationis, & omnium bonorum publicationem incurrit, *leg. 6. tit. 7. 7. Part. leg. fin. tit. 19. 3. Part. & 1. tit. 12. libr. 4. For. LL.* Etiam crimem falsi committit qui utitur aliquo falso instrumento, sed a poena excusabitur si ab ipso ante definitivam desistat, licet jam amplius eo uti non possit: qui autem fecit & si eo non utatur poena tenetur.

7 Incidit aequae in crimem falsi qui in testem productus falsum testimonium dixit; & iste in causa criminali eadem poena mulctatur qua reus teneretur alias probato delicto, idque sive poena sequuta fuerit, sive

non

non, *leg. nostr. 83. & 26. tit. 11. 3. Part.*  
 Quaer. ? Qui falsum testimonium contra alium dixit in causa haeresis qua poena punitur? Resp. Etsi poena justissima esset ut poeniteret quoque sicut reus accusatus, arbitraria ipsi solet imponi.

Quaer. ? Qualiter punitur falsus testis qui deposuit in causa adulterii? Resp. Poena mortis, quam maritus adulteris imponere potuit.

Notabis: sicut falsus testis & Judex ille punitur qui dolo, pretio, vel malitia aliquem condemnavit, *leg. 24. tit. 22. 3. Part. & 4. in fin. tit. 30. 7. Part.*

Notabis etiam, testem qui falso deposuit in causa criminali, sed non capitali, solum poena ordinaria (de qua infra *Num. 13.*) falsi teneri, qua indistincte in omnibus causis civilibus tenetur & mulctatur. Nec observatur *lex 3. tit. 12. libr. 4. For. LL.* quae dentes testibus falsis extrahit. Similiter & poena falsi tenetur qui pro veritate dicenda pecuniam accepit; turpe enim recipit, qui aliquid pro eo quod facere gratis debet accipit.

Etiam incidit in crimen falsi, qui fraudulenter nomen suum & cognomen mutat. Item, qui publice signatas mensuras corruperit, sed iste tantum condemnatur in duplum damni quod dedit, & in exilio temporario, *leg. 7. tit. 7. 7. Part. & 1. tit. 10. libr. 3. For. LL.* Etiam, qui pactum fecit suppositum, *leg. 1. dict. tit. & Part.*

Quaer. ? In nostro Regno quae est poena ordinaria falsi? Resp. Arbitraria qualitate delicti, & personarum attentata. Unum tamen est in hoc delicto quod non procedit in ipso appellatio, saltem respectu illius qui mo-

netam adulteravit.

- 15 *ib* Quaer. Si quis in articulo mortis se falsitatem commisisse confiteatur, probabitne legitime confessio ista? Resp. Si aliquo alio indicio munita sit, utique, secus alias quum dirigatur in praejudicium tertii, & non sit solemniter facta in iudicio.

Hujus argumenti occasione nobis historiunculam quamdam texuit Magister noster, quae ipsi contigit in petitione Cathedrae Vespertinae Salmantinae Universitatis; quae ansam & ipsi praebuit, ut Doctorum privilegia varia enumeraret. Nos ergo, ut nihilo lectoribus faciamus fraudem, ipsa breviter & more nostro percurreremus.

- 16 Primum est, ut quinque insignia Doctoratus accipiat; scilicet *ascensio in Cathedra* in signum perfectionis acquisitae doctrinae; *impositio hyrreti cum flosculo rubeo* in signum coronae literario certamine comparatae: *praesentatio libri clausi & aperti*, in signum eruditionis in corde Doctoris clausae toto orbi expandenda: *anuli subbarratio*, in signum desponsationis legalis sapientiae: & denique *exhibitio osculi* in signum pacis & amoris Dei & proximi.

11 Secundum Doctorum privilegium est, ut sine venia in jus non vocentur, & proprium Judicem habeant.

Tertium est, ut pro debito civili incarcerari non possint.

13 Quartum, nec torqueri adhuc stantibus indiciis.

Quintum, nec poenis plebejorum adficiuntur.

14 Sextum, ut ab istorum subsidiis immunes existant.

Septimum, ut & impune arma omni tempore, etiam

etiam loco prohibito portare possint.

Octavum , ut juxta Ordinarium Judicem sedeant, nisi quum in causa propria compareant.

Nonum , a condemnatione expensarum excusati manent: imo & Judex qui secundum opinionem probabilis Doctoris sententiam profert in Syndicatu excusabitur.

Decimum , ut fabrum , vel malleantem juxta suam domum expellere possint , ne utilis speculatio literalis impediatur alias.

Undecimum , ejus vidua , eodem manente statu , & filii omnibus gaudent quibus nobiles praerogativis; scientia enim sicut progenies nobilis honorem parit.

Duodecimum , ut si per viginti annos continuos in Universitate aliqua approbata legat , supremum jubilationis honorem & titulum consequatur , tanquam si ad latus Principis esset , *leg. 8. tit. fin. 2. Part.*

Quaer. ꝑ Doctor creatus a Principe praefertur aliis antiquioribus? Resp. Si consuetum examinem praecedat utique , secus si solo verbo fiat.

Quaer. ꝑ Doctor jubilatus & illustris praefertur militi , & nobili sanguine decorato? Resp. In literalibus, Doctor, Miles in militaribus , & ambiguis.

Cum quibus huic operi , Lector benevole , finem imponimus , solum Dei laudem , & tuam utilitatem prospicientes ; quam si consequimur , labori nostro satisfactum omnino credimus.

F I N I S.




etiam loco prohibito portare possint.  
 Quod si in iura Ordinationum iudicium venerint,  
 non tantum in casu proprio committantur,  
 sed etiam a condemnatione expensarum exonerentur.  
 Item: iure & iudice qui secundum opinionem pro-  
 babile Doctoris sententiam prebit in synodo extra-  
 ordinaria.  
 Doctorum? ut scilicet, vel magisterium iuxta suam  
 doctrinam explicare possint, ne minus spectabilis litteralis  
 impendatur status.  
 Uidebimus, eius videlicet, eodem in iure statu, &  
 fili omnino gaudent quibus nobilis praerogativa;  
 scientia enim sicut propria nobilis honorum parit.  
 Doctoratum, ut si per viginti annos continens in  
 Universitate aliqua approbatus fuerit, superius iudici-  
 bus honoris & iustitiam consequantur, tamquam si ad  
 lauream fuerint creati, Reg. 8. tit. 1. §. 1.  
 Quare? Doctor creatus a Principe praefertur aliis  
 antea honoribus? Resp. Si continentiam examini praecedat  
 utique, secus si solo verbo fiat.  
 Quare? Doctor iudicatus & iustitiam praefertur mi-  
 nistri, & nobili sanguine decorato? Resp. In litteris;  
 Doctor, Miles in militibus, & ambigunt.  
 Cum quibus tunc operi, Lector benevole, finem  
 imponitur, scilicet Dei laudem, & tuam nullam  
 praesentem; quam si consequimur, labori  
 nostro satisfactionem omnino  
 credimus.













VILLAM  
Compen  
de Gomez

e/o

G-E 191